

Ann. III.

Num. XIX.

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 $\frac{1}{2}$ .

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

*Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem*  
**ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA**

### Subnotatio fieri potest:

#### IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES  
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

#### IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LONDON W. — 28, Orchard Street.

#### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSIONAT OF THE HOLY LAND. NEW YORK, 143 w 95th St.

#### IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Amer.), 143 w 95th St.

#### IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

#### LUGDUM

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LIBRAIRIE VIC ET AMAT  
Rue Victor Hugo, 5

#### IN GALLIA

Rue Cassette, II.

#### IN HUNGARIA

Apud C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE  
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

### RERUM INDEX

IN SACERDOTEM VENERABILEM Iosephum COTTOLENGUM domo BRAIDA APUD SUBALPINOS, qui domum condidit AUGUSTAE TAURINORUM, cui nomen est "DIVINA PROVIDENTIA," quo die CIVITAS BRAIDENSIS EIUS STAUAM IN OPPIDO DEDICAVIT ....	I. B. Gandino
QUOMODO ARBITRORUM SENTENTIAS PARENDEM ....	Monteluccius.
De INGENIIS ARTIBUS PLEBI EVULGANDIS ....	I. Antonelli.
WILHELMUS LIEBKNECHT ....	P. Alt.
CHRISTO VICTORI LAUS ....	I. Wabner.
MUSICES IN ANIMAM EFFECTUS ....	R. Spina.
TEMPLUM MAXIMUM MONTIREGALENSE ....	I. Sola.
DE PILARI LUDO CUI NOMEN "HOCHEY" ....	Forfex.
ITALI BRUTIORUM DUCIS E POLARI ITINERE REDITUS ....	A. L.
LOLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE ....	P. Angelini.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES ....	I. F.
QUAESITIS RESPONSIO - De una eademque apud omnes pronuntiatione latina ....	H. D. V. Pieralice.
ANNALES ....	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS ....	Scriba.
LIBRORUM RECESSIO ....	P. A. - A. L.
AENIGMATA ....	F. Palata.

*In tertia operculi pagina:*

PER ORBEM ....	Viator.
VARIA: Quotidianum humani corporis pondus et levitas ....	P. d. V.
Epigramma - De furibus parvis, et de magnis ....	I. Battanius.
SOCIIS MONITUM ....	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCI

M DCCCC

## LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

- Almanacco illustrato delle Famiglie Cattoliche per l'anno di grazia 1901. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc. 1900.  
 GIOVANNI IACHINO. Leon Pancaldo. Saggio storico-critico. — Savonae, ex off. Peluffo, 1900.  
 In Archimeden. Carmen ANTONII RIEPPII. Praemittuntur nonnulla de vita atque de inventis Archimedis. — Neapoli, ex off. F. Gennari  
     atque A. Morani, 1900.  
 U. BENIGNI. I Cristiani e l'incendio di Roma. — Romae edidit F. Pustet, 1900.  
 Lavori eseguiti in Creta dalla Missione Archeologica Italiana dal 9 Novembre al 13 Dicembre 1899. Relazione del Prof. LUIGI  
     SAVIGNONI. — Romae edid. Realis Lyncaeorum Academia, 1900.  
 Prof. GAETANO DE SANCTIS. II lapis niger e la iscrizione arcaica del Foro Romano. Excerptum e commentario, cui titulus *Rivista*  
     di Filologia e d'Istruzione classica (an. XXVIII, fasc. III). — 1900.  
 Prof. DOMENICO PIANAROLI. A Vittorio Emanuele III Re d'Italia. — Drepani ex off. Gervasi-Modica, 1900.  
 LADISLAUS AJTAY DE VAJASD. Quatuordecim exhortationes ad iuuentutem Regni Mariani. — Apatino, ex off. Iosephi Szavadill,  
     M DCCC.

## COMMENTARI "VOX URBI", INDICES SINGULI

### XII num. ann. III.

- Operiorum familiæ - P. ROSSANI.  
 De certamine poetico Hoeufftiano - A. BARTOLI.  
 De saltus Polonorum origine qui dicitur « mazur » - I. WABNER.  
 Ex Gallia - De nova gallica linguae ortografia - MONTELUCCIUS.  
 « Tubercolosis arcendae ratio - R. SPINA.  
 Dantis Aligherii virus centenaria commemoratio - H. SALVADORI.  
 Ex Dante Aligherio - Inferi - Carmen primum - I. BONAVENIA S. I.  
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
 De secretis Sinensis sectis - A. COSTAGGINI.  
 Communia vitae - Venatores et venatoria - H. D. V. PIERALICE.  
 Peculiare donum socio datum - Vox Urbis.  
 Annales - POPLICOLA.  
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
 Librorum recensio - P. A.  
 Aenigmata - I. CASTELLI.  
 In tertia operculi pagina:  
 Per orbem - VIATOR.  
 Varia: Finis orbis terrarum ingruitne an multis abhinc annis incipit? - Electrofraenum - Ioci P. d. V.

### XIII num. ann. III.

- Quae xx saeculo facienda xix saeculum scholis trahiderit - SENIOR.  
 Sinenses pugiles - A. COSTAGGINI.  
 Thomas Ketteler - P. ALT.  
 Rolandus adolescens - I. ANTONELLI.  
 Ad solem. Quingentesimo recurrente anno ab aca-  
     demia Cracoviensi instituta carmen saeculare - I. WABNER.  
 « Seroterapia » apud veteres - G. P.  
 Bonarotti absis Florentiae - ALPHA.  
 Romuli sepulcrum et Volcanal - ROMANUS.  
 Gherardi « delle notti » tabula coenam referens - X.  
 De auxilio naufragis ferendo - R. SPINA.  
 Lollius sive de proiecta latini tate - P. ANGELINI.  
 Quomodo Berlioz musicis se dederit qui medicus  
     prope est factus - LAELIUS.  
 De modo et ratione educandi tauros ad cursum  
     penes Hispanos - HERCILUS.  
 Quaesitos responsio - De una eademque recta apud  
     omnes pronuntiatione latina - H. D. V. PIERALICE.  
 Quæstiones inter socios propositæ - De Henrici  
     Sienkiewicz commenticia fabula quæ inscribatur:  
 Quo vadis? - Vox Urbis.  
 Annales - POPLICOLA.  
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
 Librorum recensio - I. F.  
 Aenigmata - F. PALATA.  
 In tertia operculi pagina:  
 Per orbem - VIATOR.  
 Varia: Sinensis orbis circumvallatio - Ambulatoriae  
     aedes Iustitiae - Temporis per hebdomadas distri-  
     bution - Ioci - P. d. V.

### XIV num. ann. III.

- Indictio litterarum certaminis additi dies - Vox Urbis.  
 De Europea gentibus foedore iungendis - P. ROSSANI.  
 De capillorum et barbae usu apud Romanos - A.  
     BARTOLI.

- Ex Gallia - De omnium rerum Expositionibus deque  
     hodierna Parisensi - A. VIEILLOT.  
 De Sinae et Iaponiae incolis - T. PACI.  
 De saltus Polonorum origine qui dicitur « Mazur » - I. WABNER.  
 Carmen puellare - Melodia popularis Polonorum  
     sive « Mazur » - S. NOSKOWSKI.  
 « Zingari » qui dicuntur - HERCILUS.  
 Salvatoris Rosae tabula Catilinae coniurationem re-  
     ferens - LAELIUS.  
 Ioannes Gutenberg - A. COSTAGGINI.  
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
 Sapientum inventa - M. LANI.  
 Horæ subsecivæ - Ignes arte facti in monte Pincio - B. NELL.  
 Ferdinandus com. Capponio Pisanorum archie-  
     piscopo ob eius recuper. e gravi morbo valetu-  
     dinem an. MCM - I. BATTANIUS.  
 Communia vitae - Propriae quibusdam quadruped-  
     ibus voces - H. D. V. PIERALICE.  
 Annales - POPLICOLA.  
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
 Librorum recensio - I. F.  
 Aenigmata - DIGAMMA.

- In tertia operculi pagina:  
 Per orbem - VIATOR.  
 Varia: Manufacti lapides - Quam diu liceat carere  
     sonno violentibus - Ioci - P. d. V.

### XV num. ann. III.

- Futura militiae dominatio - SENIOR.  
 De grammaticorum ac rhetorum officiis apud Ro-  
     manos - I. IACHINO.  
 De Henrico Sienkiewicz libro « Quo vadis? », in-  
     scripto - I. ANTONELLI.  
 In Ioannem Baptistam N\*\*\* tecto nomine Rufum  
     ephebei cuiusdam olim aluminum - LEO PP. XIII.  
 Manicomia apud maiores - P. ALEXIS.  
 Tuscaniæ aedes S. M. Maioris - A. C.  
 Ex Gallia - De omnium rerum Expositione Par-  
     siensi - A. VIEILLOT.  
 Sinenses portus - A. COSTAGGINI.  
 Angelus (Rossorum fabella popularis) - N. FESTA.  
 Communia vitae - De papilionibus ac de messe -  
     H. D. V. PIERALICE.  
 Annales - POPLICOLA.  
 Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
 Aenigmata - DIGAMMA.

- In tertia operculi pagina:  
 Per orbem - VIATOR.  
 Varia: Quid si celiora hodiernis electride itinera? -  
     Ioci - P. d. V.  
 Sociis monitum - A. SECRETIS.

### XVI num. ann. III.

- Margaritæ Italorum Reginae in nece Humberti co-  
     niugis - Vox Urbis.  
 Humbertus I e Domo Sabaudia - FORFEX.  
 De tuenda latinitate - H. D. V. PIERALICE.  
 De disciplina « sociologica » - P. ROSSANI.  
 De Sedulio poeta christiano - I. LEMETTE.  
 Passio Christi in scenis acta ad Oberammergau -  
     LAELIUS.  
 Solaris qui dicitur ictus - R. SPINA.

- Ex Batavia - Feriae studiosorum Lugduni Batavo-  
     rum habitae - L. P. MICROVR.  
 Geographiae studium in scholis - F. R.  
 Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.  
 Quæsitos responsio - De una eademque apud omnes  
     pronuntiatione latina - A. SORDET.  
 Amygdala - A. BARTOLI.  
 Annales - POPLICOLA.  
 Librorum recensio - A. P. - I. F. - I. A.  
 Aenigmata - A. E. DE DRUFFEL.

- In tertia operculi pagina:  
 Per orbem - VIATOR.  
 Varia: Ioci ex historis - P. d. V.  
 Sociis monitum - A. SECRETIS.

### XVII num. ann. III.

- Die nominali Leonis XIII Pont. Maximi - XIV Kal.  
 Septembr. a. MCM - P. ANGELINI.  
 Quodnam erit saeculum? - SENIOR.

- De Romanorum bibliothecis - I. IACHINO.  
 De extraneis artibus apud barbaros Afros invectis -  
     A. COSTAGGINI.

- Concordia Iulia - M. BELLI.  
 Ex Gallia - De omnium rerum Expositione Par-  
     siensi - A. VIEILLOT.  
 De latinitate in scholis tuenda iterum, et non am-  
     plius - H. D. V. PIERALICE.  
 Effossiones novae in Romano Foro peractae - RO-  
     MANUS.

- Communia vitae - Aestiva ad Romam in suburbanio  
     coenatio - P. ALEXIS.

- Annales - POPLICOLA.

- Librorum recensio - I. A.

- Aenigmata - V. CAROLATO.

- In tertia operculi pagina:

- Per orbem - VIATOR.

- Varia: Praecepta ad oculorum aciem servandam - Te-

- lephotographus - Producentæ vitae causa motus -

- Stilitane alter? - Novae medicinae ratio - Ioci -

- P. d. V.

### XVIII num. ann. III.

- De quadam Calendarii Gregoriani optima virtute -  
     I. LAIS.

- Sinense martyrologium - SENIOR.

- De ingenuarum artium honestate - I. ANTONELLI.

- « Unde haec incendia? » - G. P.

- Pugiles graecæ artis opus - LAELIUS.

- Ex Gallia - De omnium rerum Expositione Par-  
     siensi - A. VIEILLOT.

- De aëris temperie deque mentis motibus - R. SPINA.

- Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.

- Communia vitae - De messe, ac de papilionum

- aucupiis et speciebus - H. D. V. PIERALICE.

- Horæ subsecivæ - Ad Felicem Ramorino in agro

- Pistoriensis rusticantem, cui Vocem Urbis remit-  
     tebam - A. BARTOLI.

- Aureum oceanum - A. L.

- Annales - POPLICOLA.

- Librorum recensio - P. A.

- Aenigmata - DIGAMMA.

- In tertia operculi pagina:

- Per orbem - VIATOR.

- Varia: Flores in conclavibus - Harengi quo vescan-  
     tur - Ioci - P. d. V.

PRE  
In Italia: Li  
Lib. 15. M. 12,

### QUOMODO ARBITRORU

ARBITRATUS iuris  
 sese optime ad  
 das accommodat: quo  
 cium inter gentes, qu  
 arbitri postulati erunt  
 partes pacifice solven

Oportet ut parte  
 arbitris offerant; na  
 bera iurisdictio est;  
 iam non arbitrium. Ni  
 arbitri sunt, nisi iudic  
 litigantes libere licet  
 hanc libertatem part  
 missionis actu amplis

Itaque ubi partes a  
 te acceperint, conv  
 invicem obligare, se  
 sula, seu alia quavis  
 futuram disceptatori  
 utique sanctissime  
 est, latino sermone,  
 tentiae; quod rece  
 « sanctio » dicitur.

Id fiet unius cui  
 cautione, ut compre  
 vel pignoris capion  
 genere vadimonii.

Ius igitur erit, v  
 sententiae observa  
 nam potestas ab h  
 cione orta, legitim  
 violentum: in hoc  
 competit arbitrio  
 Quamobrem regul  
 tur, amicis approb

I. Omni arbitri  
 obligatoria iure c

II. In comprom  
 partes quo modo  
 effectum redigi  
 cura speciali arbit  
 id est disceptatori  
 de sanctione ult  
 dumtaxat iudicab

III. Itaque du  
 cavere poterunt,  
 de cautione in ip  
 sive in aliquem  
 et constitutat qu  
 partium lex fiet.

IV. Pecunia  
 sese praestat.

V. Ceterum

(1) Cum relato  
 ventu, qui de pace  
 betur, placet propo  
 bus latino sermone

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

QUOMODO ARBITRORUM SENTENTIAS PARENDUM<sup>(1)</sup>

**A**RBITRATUS iuris gentium constitutio est, quae sese optime ad lites inter populos componendas accommodat: quo casu nihil aliud est nisi iudicium inter gentes, quo simul ac per compromissum arbitrii postulati erunt, controversiae pendentiae inter partes pacifice solventur.

Oportet ut partes sese libere arbitris offerant; nam arbitrium libera iurisdictio est; si non libera, iam non arbitrium. Nihil enim aliud arbitrii sunt, nisi iudices liberi, quos litigantes libere licet adire, vel non; hanc libertatem partes in compromissionis actu amplissime exercent.

Itaque ubi partes arbitrium sponte acceperint, conveniet eas sese invicem obligare, seu poenae clausula, seu alia quavis stipulatione, ad futuram disceptatorum sententiam utique sanctissime servandam; id est, latino sermone, ad standum sententiae; quod recentiori sermone «sanctio» dicitur.

Id fiet unius cuiuscumque modi cautione, ut compromissa pecunia, vel pignoris capione, deinde omni genere vadimonii.

Ius igitur erit, vim in arbitrorum sententiae observantiam adhibere; nam potestas ab huius generis pactio orta, legitimum robur est, non violentum: in hoc dumtaxat sensu competit arbitrio vis obligatoria. Quamobrem regulas, quae sequuntur, amicis approbadas afferimus:

I. Omni arbitrorum iudicio vis obligatoria iure competere potest.

II. In compromiso stipulabuntur partes quo modo sententia lata in effectum redigi debeat, nisi haec cura speciali arbitrio committatur; id est disceptatoribus praeviis, qui de sanctione ulterioris sententiae dumtaxat iudicabunt.

III. Itaque duplice modo partes cavere poterunt, sive per se ipsae de cautione in ipsa arbitrorum sumptuione convenient, sive in aliquem de hoc compromittant, qui videat et constitutus quo modo sententiae pareatur, quod partium lex fiet.

IV. Pecunia compromissa omni arbitratus generi sese praestat.

V. Ceterum peculiares ali cautionis modi sese

(1) Cum relator de hac quaestione electus fuerim in conventu, qui de pace tuenta his diebus Lutetiae Parisiorum habetur, placet proposita eodem ipso tempore *Vox Urbis* lectoribus latino sermone submittere.

offerunt secundum controversiae genus atque partium conditions.

VI. Ut puta, si de homine tradendo agatur, stipulatio fieri poterit ut si in manum arbitrorum, vel in potestatem extraneae gentis committatur, ut post latam sententiam in libertatem redigatur, vel in protestatem partis quae vincet devolvatur.

colarum, vel de piscatorio mercatorio portu (infra quinque millia incolarum).

X. Si de aestuario vel ostio fluminis, stipulatio fieri poterit ut, pendente controversia, custodiatur a classiariis tertiae gentis.

XI. Si de fluminis interioris dominio, nihil obstat quin stipulatio interveniat, ut eius ripae custodiis, paganis quidem, ab arbitris constitutis, committantur, hoc pacto ut custodes de variis gentibus eligantur, neve de litigantium civibus.

Hoc casu, quodcumque spectat ad vectigalia percipienda et ad fluminis curam, magistratibus ab arbitris electis administrandum committetur, qui custodiā, quam supra dixi, adiuvabunt et tuebuntur.

XII. Itidem si de fluminis navigatione agatur.

XIII. Si autem de militari portu vel oppido, recurretur ad compromissam pecuniam, vel ad depositum syngraphorum aut obligationum; ceterum hoc casu potest alia res vice poenae compromitti, ut puta fluminis ostium, sinus, portus minor, insula, terrae tractus.

XIV. Utique satisfactionem de impensis arbitratus arbitri poterunt exigere, per aliquam, ut ita dicam, «iudicatum solvi» cautionem.

XV. Si controversia moveatur tantum de pecunia, vel aere alieno, vel damnis resarcendis, pecunia deponetur in argenteria mensa apud tertiam gentem, iussu arbitrorum, qui iudicabunt ubi ac quantum deponatur ab alterutra parte, ut detur ei qui vicerit, aut in solutionem, aut poenae nummariae vice, iuxta quod sequitur.

XVI. In hoc deposito vel «pignoris capione» continetur et unde solvatur quod petitur, et unde satisfieri possit reo, si actor mala fide egerit, vel plus petierit quam debeat.

MONTELUCCIUS.

In sacerdotem venerabilem  
**JOSEPHUM COTTOLENGUM**  
domo Braida apud Subalpinos, qui domum condidit  
Augustae Taurinorum, cui nomen est Di-  
VINA PROVIDENTIA, quo die civitas  
Braidentis eius statuam  
in oppido dedicavit

QUOD BONUM FAUSTUMQUE SIT  
CIVITAS BRAIDENTIS  
UNA ET MENTE ET VOCE  
**JOSEPHI COTTOLENGI POPULARIS SUI**  
GLORIAM CONCELEBRAT  
QUI MIRABILI IN DEUM ET IN HOMINES PIETATE INCENSUS  
OMNEM VITAE SUAE CURSUM  
IN SUBLLEVANDIS ALIENIS MISERIIS CONFECIT  
LOCUPLETES HONESTE UTI DIVITIIS  
TENUORES FORTUNAM SUAM MODICE FERRE  
DEI BENIGNITATI IUSTITIAEQUE CONFIDERE DOCUIT  
NULLIS IPSE FACULTATIBUS PRAEDITUS  
ADIUVANTE DIVINA PROVIDENTIA  
INFINITAM CALAMITOSORUM MULTITUDINEM  
AB OMNI OPE ET SPE DERELICATAM  
CIRCUM SE HABUIT ALUIT FOVIT  
AEGRIS MANU SUA MINISTRAVIT  
ADFLICTOS SERMONE ET CONSILIO EREXIT  
MORIENTIUM POSTREMUM SPIRITUM EXCEPTIT  
AVE ANIMA SANCTISSIMA  
TE CAELESTIUM NUMERO CONSECRATUM  
LIBERI NOSTRI COLENT  
MIRACULORUM AUCTOREM INVOCABUNT  
DUM SOL HUMANAS AERUMNAS LUSTRABIT  
TAMDIU TUUM NOMEN  
GRATA POSTERORUM MEMORIA VIGEBIT

VIII ID. SEPT. ANNO M DCCCC

Scriptus I. B. GANDINO.

VII. Item si de nave capta agatur, similis modi stipulatio interveniet de navi.

VIII. Item si controversia de finibus, ut de litore vel ripae portione, vel insula, vel sinu.

Hoc casu pignora quoque recipi poterunt; tum possessio quidem possidenti linquetur, sed alterutra pars tractum terrae aequipollentem tertiae gentis potestati committere cogetur, qui dabitur victori, si non pareatur sententiae.

IX. Itidem si controversia moveatur de rustico territorio, vel de urbe minori (infra decem millia in-

colarum, vel de piscatorio mercatorio portu (infra quinque millia incolarum).

X. Si de aestuario vel ostio fluminis, stipulatio fieri poterit ut, pendente controversia, custodiatur a classiariis tertiae gentis.

XI. Si de fluminis interioris dominio, nihil obstat quin stipulatio interveniat, ut eius ripae custodiis, paganis quidem, ab arbitris constitutis, committantur, hoc pacto ut custodes de variis gentibus eligantur, neve de litigantium civibus.

Hoc casu, quodcumque spectat ad vectigalia percipienda et ad fluminis curam, magistratibus ab arbitris electis administrandum committetur, qui custodiā, quam supra dixi, adiuvabunt et tuebuntur.

XII. Itidem si de fluminis navigatione agatur.

XIII. Si autem de militari portu vel oppido, recurretur ad compromissam pecuniam, vel ad depositum syngraphorum aut obligationum; ceterum hoc casu potest alia res vice poenae compromitti, ut puta fluminis ostium, sinus, portus minor, insula, terrae tractus.

XIV. Utique satisfactionem de impensis arbitratus arbitri poterunt exigere, per aliquam, ut ita dicam, «iudicatum solvi» cautionem.

XV. Si controversia moveatur tantum de pecunia, vel aere alieno, vel damnis resarcendis, pecunia deponetur in argenteria mensa apud tertiam gentem, iussu arbitrorum, qui iudicabunt ubi ac quantum deponatur ab alterutra parte, ut detur ei qui vicerit, aut in solutionem, aut poenae nummariae vice, iuxta quod sequitur.

XVI. In hoc deposito vel «pignoris capione» continetur et unde solvatur quod petitur, et unde satisfieri possit reo, si actor mala fide egerit, vel plus petierit quam debeat.

MONTELUCCIUS.

DE INGENUIS ARTIBUS PLEBI EVULGANDIS

**D**IFFUSA ad montanos usque pagos a saeculis incolitus puerorum in litteris institutione, per que diaria et libros doctrinarum notionibus in populo propagatis, non pauci popularium rerum studiosi admirantur, tantum inter plebeios et honesti ordinis cives de ingenuarum artium operibus aestimandis mansisse discrimen.

Qua re animadversa, quotidiana iam est huiusmodi virorum dehortatio, ut artes ingenuae eo stilo pertractentur, quo et excultiorum mentes delectent, et rudiorum oculis vel auribus blandiantur, ne, alterius tantum civitatis ordini inservientes, suum in hominum societate munus, quod maximum est, protinus deserant.

Autetur enim in dies schola sapientum, cuius una est eademque sententia, referendae pulcritudinis vim altissimam non ideo selectis quibusdam hominibus fuisse tributam, ut ipsa veluti suo tantum delectamento fruerentur, vel exigui discipulorum agminis laudes captarent, vel ex effectis operibus opulentum facerent quaestum. Qui omnes inde iure queruntur hodiernum summorum artificum modum eo subtilitatis et calliditatis venisse, ut non a ruditantum plebe iam percipi nequeat, sed nec ab urbano quovis, qui novae huius Eleusis sacris forte nunquam adfuerit. Hoc itaque absurdum artium genus, hoc ridiculum simul ac pestiferum improbat, conclamantque eo esse tandem redeundum, quo pulcritudinis opera iterum plana et aperta effingantur et popularium multitudinem sana recreatione reficiant.

Ex adverso tamen qui contra opinantur, etsi nimium quoddam ab exploitissimis hisce artificibus inventum esse concedant, tenaciter asserunt reconditum hoc et exquisitum artium genus et calamistris exornatum, minime esse earum naturae adscribendum.

Addunt tamen opera artificum eo melius nitere, atque hoc ipso altiore animis oblectationem parare, quo sublimiores vertices alis attigerint, cum vel neglectos naturae aspectus retulerint; earum autem formam pro rerum sublimitate lectorem esse debere. Verum huiusmodi opera, cum cuivis e vulgo plana et aperta esse nullatenus possint, necessario sequitur, ut quidquid de artium ratione pro popularibus innovanda dictetur, utpote vaniloquia, ac stulte effata sint habenda, quippe quae cum ipsa artium natura ex opposito pugnant.

Falso idcirco artifices argui dicunt, quod metam hanc supremam, multo labore multaque cura per impervia persequentes, proprio de humana societate officio desint; sed potius civium ignorantiae esse succurrendum, quousque, convalescente intellectum acie, ea singuli valeant cum delectatione percipere, quibus hactenus nonnisi paucis datum sit frui.

Equis enim, iterant, prudens adfirmet, Horatium, quem stilo principem inter latinos poetas omnes tenemus, exquisita illa perfectione dicendi poeseos artem corrupisse, eo quod adolescentibus in latinitatis limine non satis planus videatur? Vel Wagnerium, qui musicis instrumentis et organis quanta referendae dramatum poeseos inesset vis primus altissime ostendit, musices pervertisse natum, quod urbanae nostrae plebes attentis satis et acutis auribus non polleant, ut nimis implicatas eius harmonias percipere, vel earum moralem sensum deprehendere valeant?

Hinc itaque magis in dies excolenda plebs dicitur, atque opportunis instruenda auxiliis, quibus artium operibus intelligentis, si quae obscuriora sunt, pares fiant; inde artium progressus non impediendus, quousque saltem unum sit consilium, altiorum pulcritudinis formam carpere et nobis praesentare. Quae omnia cum re assequuti erimus, de populari vel de patricia arte nullus amplius erit sermo, sed una eademque manebit eius ratio, eaque pariter omnibus delectabilis, quae exquisitiorum in dies pulcritudinem magis efficaci forma hominibus referet.

His adamassim, vel similibus argumentis inter patriciae vel plebeiae artis fautores controversia instituitur, quae proinde, ni fallor, paucis enucleari potest: utrum, posito artium ingenuarum praecipuo munere, quod est pulcritudinis specie animos recreare, earum lectiones formas usque ad humiliorum rudem intellectum deprimere deceat, an humiliorum plebem extollere quodammodo oporteat usque ad supernos Parnassi verticis, ut maxime exquisitis musarum gratia et erudiri et delectari omnes possint.

Res profecto ea pertractione digna est, quae angustum hoc spatium longe praetergreditur; eam igitur attigisse hodie satis fuerit. Verum cum ipsa inter societatis humanae disciplinas potissimum locum apud eos obtineat, qui quantum polleant in hominum mentibus artium ingenuarum opera probe noverint, argumentum, si placeat, alias perseguemur.

I. ANTONELLI.

### WILHELMUS LIEBKNECHT

**Q**UEM vix mortuum Germani socialistae lugent virum, is in eorum factione augenda atque dilatanda tantus fuit, ut nemo forte unquam apud illius sectae fautores non modo maius, sed neque par meritum fuerit assequutus. Nec enim bilustre spatium transgit adhuc, ex quo comitiales cuiusque gentis aut temporis socialistarum conventus de futura condenda republica unam sibi ac praecipuum maximamque disceptationem habebant. Nil enim urgentius invocabant tunc socialistae, nil ceteri cives pertimescunt gravius, quam nostrorum ordinum proximam eversionem societatisque omnis ruinam, qua super inde socialistarum nova res publica conderetur.

Eventum, quem iocose *Kladderadatsch* appellabant, nemo superest, qui satis proximum autem, neque est proinde socialistis ipsis ullum de novis ordinibus constituendis verbum, dum spes et fides tanti molimini abiguntur. Namque Liebknechtius ipse oratione duobus abhinc annis in commentario, cui *Cosmopolis* titulus, evulgata, haec inter cetera fassus est: «Amentis est de futura republica iterum disceptare; futura enim nullus augur vaticinatus est; numquid ego, quod nemo potuit, perficiam?»

Nihilominus, sua et suorum voluntati indulgens, ipse quoque in fine orationis nonnulla ad rem indigit leviterque delibat.

Quibus profecto pugnantibus secum consiliis, nil aptius esse credimus ad Wilhelmi animum operamque illustrandam, quam quae ad suae factionis augmentum indefesso conatu contulit. Marx Engelsque philosophi iuvenem edocuerunt, quibuscum Angliam exsul peragrans tenaci fuit amicitia devinctus, unumque immo ex tot viris, quorum conversatione usus est, sese expertum Marx dixit, qui in voluntate sua fingenda quodammodo posset. Hanc laudem ei in vita eius, quam descripsit, sponte reddidit, proindeque magistri doctrinis fidelissime semper haesit. At Marx ille, tutissima veluti supputatione habita, non aliter ac si arithmeticæ quaestionem enodasset, vel si redeuntis cometæ praescripsisset orbem, ruinae illius tempus praedixerat, quare Liebknechtius animi quodam impulsu utrumque doctorem Engels et Marx his effert vocibus: «Hi sunt primi, qui nostram doctrinam philosophiae legibus investigandam effecerint; hi marmoreis rerum fundamentis eam considerunt, unde consequens, mathematica veluti computatione victoriam nostram praescire».

Atqui quoadusque nullus nisi adversarius doctrinarum huiusmodi fundamenta perscrutatus est, earum imbecillitatem clamari, roburque et firmamentum labefactari nil mirum fidelibus discipulis apparebat; sed post ferreas de sua secta leges apud Germanos abrogatas, postque Engels atque Marx vita functos, dissidentes asseclae heic vel illic in ipsis socialistarum agminibus prodire visi sunt, qui doctrinas a magistris sibi traditas diligentius atque oculatus investigare et ad trutinam revocare coepérunt. Quibus idcirco brevi patuit falsum omnino effatum illud, dantes fieri ditiores itemque pauperiores pauperes, unde impossibile esse quod futurum tanta fide illi spondent, exiguum divitum ordinem ab innumera proletariorum multitudine brevi iri subversum.

His adamassim investigationibus adstitit Liebknechtius, quas tamen receptas iam ab eo doctrinas sententiasque parum iuvasse constat. Et quidem novorum discipulorum effata etsi reiicere prorsus ex animo nequiviterit, non potuerunt tamen a Marx doctrinis eum avertere; eas enim quamvis absurdas forte ipse quoque putaret, ad commovendos tamen popularium animos potissimum posse reputabat. Quapropter obsoletis iam praecepsis documentisque valedicere noluit unquam, saue ipsius temporis progressu non tam ut philosophus, quam veluti sua factionis princeps aestimavit, novaque iuniorum effata una semper lance pendere assuevit, utrum suam factionem firmare an infirmare valerent.

Quapropter factionem auxit, sed philosophiae progressui, invitum quamvis et inscius, obstitit, nullamque uti civilis societatis philosophus laudem assequutus, sed maximam uti orator populi atque plebis dux adeptus est. Recentioris enim doctrinae asseclas ipse primus in agmen instruxit, qua in re primas tulit, adeo ut Germani socialistæ sua factionis conditorem eum unum habeant. Pronum inde fuit, ut cum tanti laboris immutari et labefactari fundamenta animadverteret, molimina huiusmodi nec libenter ferret, neque iuvaret. Quapropter dum eum plebis agitatem factionisque sua principem considerant, cum Wilhelmo Windhorst, catholicorum notissimo duce, facile conferunt, qui, adversa licet ex parte, maxime tamen et ille excelluit, ut suam factionem erigeret ac praecipue coactam semper et unam servaret. Multa enim eaque gravissima discrimina ipso duce factio superavit, tuncque et contra Marx ipsum pugnare pro rei gravitate non dubitavit. Anno enim 1874, cum omnium asseclarum coniunctio proxime urgebat, cumque contra Marxi Lassalle asseclis nil concedere vellet, Liebknecht, etsi eos parum diligeret ipsumque eorum magistrum minime carum haberet, tamen, ut edictum concordi opera describeretur, vehementer adlaboravit, multaque a Lassalle rogata, quae tamen absurdia ei videbantur, lenis exceptit, ut collectis tandem in unum totius factionis viribus aliquando respueret. Ad rem insolitus animi dotibus vir praeditus est, maximaque incepta ut adimplerentur impulsi, quod nullis reliquis factionibus, Bismarckio praecipue imperante, contigit, atque operariorum multitudinem callida manu deduxit, ut reipublicae negotiis aliquantulum vacaret.

Habitu corporis medio, motibus agilis, barba cana et prolixa neque correpta semper, vestibus saepe negligitis vir fuit, quo incompto quidem adspectu vehementius a popularibus diligebatur, sed viva praecipue, quae suis doctrinis haerebat, fides, animos percellebat. Verumtamen, ut inepta etiam atque ridicula recolamus, fatua quidem erat ei sententia de gentium popularumque moderatoribus, quos coniuratos omnes contra libertatem reputabat.

Erat sane e  
ut pauperibus e  
republica iuxta  
iuret semper e  
ex William Mo  
titulus, haec mu  
futuram quamda  
que dixerim re  
tentus quiescit.  
mus id futurum  
credimus nulli  
quidem homunc  
humanae societ

CHRIS

Diu Grad

Cruentus e

Semper i

Pugna

Non sors r

Nuplae qu

Duras tr

Quum

Nequidqua

Sua quod

Divumq

Atque

Raro et M

Coactus at

Aut imp

Sang

Nec fulmi

Freno fur

Compes

Clade

Quem non

Vincere qu

Potentio

Chris

Quibus vi

Inflata, qu

Saevre

Cond

Qua postu

Effrena M

Constri

Exua

Gaudete,

Matres, s

Aevum

Mar

Amorque

Tenele n

Laelae

Dici

Varsaviae

(1) Carmen s  
terrarium orbis e  
iuris belli consti  
ciliandæ adiuvan  
non est? Proh!  
satisfecit. Idea t  
tulenter homine

(2) Cfr. Hom

φόνες, τατύποιπ

s nisi adversarius doctrina perscrutatus est, earum que et firmamentum la- discipulis apparebat; sed es apud Germanos abro- Marx vita functos, dis- lic in ipsis socialistarum qui doctrinas a magis atque oculatius inve- care coeperunt. Quibus omnino effatum illud, di- periores pauperes, unde in tanta fide illi spopon- nem ab innumera pro- iri subversum.

inibus adstitit Liebkne- m ab eo doctrinas sen- stat. Et quidem no- i reiicere prorsus ex- tamen a Marx do- quamvis absurdas forte rendos tamen popula- reputabat. Quapropter mentisque valedicere temporis progressu veluti sua factionis uniorum effata una utrum suam factio- ent.

; sed philosophiae eius, obstitit, nullam- plus laudemasse populi atque plebis doctrinae asseclas tua in re primas tu- sue factionis con- nūm inde fuit, ut factari fundamenta di nec libenter fer- eum plebis agi- considerant, cum notissimo duce, ex parte, maxime actionem erigeret unam servaret.

imina ipso duce Marx ipsum pu- Anno enim 1874, proxime urge- asseclas nil con- parum diligenter carum haberet, scriberetur, ve- assalle rogata, enis exceptit, ut onis viribus ali- imi dotibus vir adimplerentur is, Bismarckio operiorum ut reipublicae

Erat sane eius ingenuum optimumque studium ut pauperibus egenisque subveniret; verum de nova republica iuxta recentes doctrinas condenda ecquis iuret semper eum fidem servasse? Quem profecto ex William Morris opere, cui *News from Nowhere* titulus, haec mutuam audimus: « Omnes equidem futuram quandam rempublicam exspectamus, meliusque dixerim resplicas; nemo enim sua sorte contentus quiescit... Verumtamen dum pro certo habemus id futurum forte prout cupimus, certius tamen credimus nullimode futurum. Cum enim ne unius quidem homunculi vitam praenoscere liceat, totius humanae societatis iter quo pacto quis divinabit?»

P. ALT.



### CHRISTO VICTORI LAUS<sup>(1)</sup>

Diu Gradivo, quem galeae nitor  
Cruentus ensis bellaque matribus  
Semper trahunt abominata,  
Pugna oculos animumque pavit:  
Non sors movebat, non tenerae pia  
Nuptiae querella, non lacrimans soror  
Duras trucesque Martis aures,  
Quum raperet iuvenes in arma.  
Nequidquam Apollo iactat ei probra,  
Sua quod truncet ipse viros manu  
Divumque se inquietet cruore  
Atque hominum quoque vertat urbes<sup>(2)</sup>.  
Raro et Minervae cedere voltui  
Coactus atrox imminent feros  
Aut impetus belligerantum,  
Sanguinis aut fluitantis undas.  
Nec fulminantis magna Iovis manus  
Freno fuorem semper eum satis  
Compescere et domare scivit,  
Clades et iram acriorem alebat.  
Quem non Minerva, quem nec Apollinis  
Vincere quivit cum Iove iuncta vis,  
Potentior vincet ferocem  
Christi et amor studiumque Christi;  
Quibus virorum nobilium manus  
Inflata, quam iam bella videt nimis  
Saevire gentesque efferari,  
Condere eas parat lege Christi.  
Qua postulante concilium iam Hagae  
Effrena Martis iura perhorridi  
Constringit et castigat, arma ut  
Exuat abiicitque tetra.  
Gaudete, nuptiae, mittite lacrimas,  
Matres, sorores: — laetus en! manet  
Aevum, nec amplexos amatos  
Mars rapiet lituo sonante.  
Amorque amara si minus adferet,  
Tenele nomen grato animo rei  
Laeliaeque laudantesque semper  
Dicile: Laus tibi, Christe victor!  
Varsaviae Polonorum.

JOSEPHUS WABNER.

(1) Carmen scripsi, ubi primum de coetu Hagensi convocando terrarum orbis certior est factus, omnibus dicatum, qui consilium iuris belli constringendi pacisque christiana inter homines conciliandae adiuvant. Quis probus Christi iuris amicus delectatus non est? Proh! res non ita, ut decebat, hominum exspectationi satisfecit. Idea tamen Christi manet, carmen manet; modo optulentur homines probi.

(2) Cfr. HOMERI Il. V, 455: Ἀρες, Ἀρες βροτολαμψί, μαυρόνε, τειχισπλάκτα...

### MUSICAS IN ANIMAM EFFECTUS<sup>(1)</sup>

UT dubium, quo afficimur, de musicas in animam commovendam viribus, endent, sunt qui te- neant natura sua praecipua quadam virtute musicen pollere ad colligendas mentis cogitationes in unum. Minima enim musicæ, singulos rerum formarum adspectus inquirere nescia, parum curat. Sed potissimas contra motuum sensumve notas exprimens, ita eas effingit, ut millia millium eventuum rerumque, cum similem aliquem affectum omnia praesef- rant, etsi tempore et loco ceterisque similibus varia, una tamen eademque modulatione enarrat. Quare genericam hanc musicas vim omnes, et quidem ru- diores saepe et inculti, satis aestimant, qui verborum contra vim, magis propriam ac distinctam, longe alia difficultate perpendunt.

Verum huiusmodi recollectionis virtuti, ut synthetis graecam vocem latine reddam, fidem nos minime damus; aptatur enim et ipsa actionibus motibusque, quos enarrat vel exhibet, quaeque variissima sunt, prout fert hominum natura, religio, gens. Neque enim dum Wagnerius amorem canit, Belliniū nostrum nec a longe quidem imitatur, ita ut utriusque cantus comparandi arbitrium sit. Si enim ex *Deorum crepusculo* funebrem concentum, statimque *Ionis* pa- rem sonitum luseris, utriusque meli eundem esse intentum nordici pariter ac nostri auditores diudi- cabunt. Sonitus enim omnes intendunt, rhythmum, si quis aures habet, plane de quovis musicas genere sentit; at intimam vim uno eademque modo non omnes discernunt.

Quae autem est vere propria musicas virtus, eam in agilitate quadam citissima constituimus, qua ex uno in alium animi motum, brevi tempore, audi- dentes abripare ipsa pollet, ex moerore summo, vel ex timore, in laetitiam inque praevalidam audaciam. Pariter concentui cantionibusque vis summa tradita est memorias tempore obrutas passim revocandi; deque Donizettii lectissimis notis non semel neque ineleganter adnotatum est, memorias in iis felicis iu- ventiae contineri. Pauca saepe sufficit modulata nos exaudisse, cum statim praeruptae, vel oblitiae formae, sensusque ad mentem redeunt: veterani saepe, tuba canente, strepitum pugnae sese exaudire iterum cre- diderunt, exsules patria loca in oculis evocata ad cantiunculae cuiusdam rhythmum statim habuerunt, neque leni hoc sonitu lingua ulla aut sermo elo- quentior est. Cum Helvetici mercenarii passim per Europam militias agerent, si cantiunculam quae «vac- carum» dicebatur, quam pueruli in patria, cum pecu- des pascerent, luserant, audiissent, lacrimabantur omnes, nonnulli signa deserebant ut in patriam redirent, alii sese morte saepe mulctabant manu propria, ita ut tandem edictum ubique fuerit, ne melos illud militibus luderetur. Est equidem Maynard doctor, labore iam in deserto superatus ac prope ad mortem deductus, qui de Normannica sua provincia cantiunculam cum exaudisset, statim veluti ad vitam rediit. Fatiū rem explicans scribit, vim hanc excitandi vel cohibendi non tam musicas naturae dandam, quam recordationi abacti temporis, quo illam iamdiu alias exaudivimus.

Qua in re adeo pollet, ut, etsi male ludatur, ali- quid tamen movendi nostro in animo vim retineat, quod ceteris ingenuis artibus, ni perfectae quodammodo apparuerint, non contingit: ipsa contra et memoriās evocare, et animum erigere, et operam expla- nare potest. Itaque animam et valetudinem bene semper afficit musicæ, viresque utrique addit, virtu-

tem, mansuetudinem, benevolentiam auget mirum in modum. Iamque, gentium finibus disiectis, Wagnerium Siculi et Afri laeti exaudiunt, Bellinio Scandi- navi Russique plaudunt. In praeliis tibiis et tympanis ludere utilissimum semper ad virtutem incitandam habitum est; cantusque, Tyrtæi usque ab aetate, populum erigit, comitia cogit, plebiscita, secessiones, tumultus parit, virginem etsi renuentem in choream quodammodo abripit.

Haec enim ars, Baudrillart quondam meminit, animi motus sive bonos sive malos ad ultimum fa- stigium commovet, animosos viles facit, mites in pugnam impellit. Multi etiam, neque praetereundum heic est, ludentibus organis ad religionis sacra re- dierunt, quo plane nil validius esse censemus ut animum terrestri coeno implicatum ad Deum extol- lamus.

R. SPINA.

### TEMPLUM MAXIMUM MONTIREGALENSE


INTER ea, quae media, quam vocamus, aetate rerum publicarum aut principum ope excitata sunt templum, Montiregalense profecto longe nobilissimum et magnificientissimum sive temporis antiquitate, sive operum pulcritudine iure vocari potest. Quae de huius templi origine portenta feruntur, ea nec affirmanda, nec refel- lenda esse censemus, veniam, ut ait Livius, dantes antiquitat, quod miscendo humana divinis primordia magnorum operum augustiora faciat, et ad Superos referat auctores. Tradunt igitur amoenissimo in nemore ferarum pleno, quo Northmanni reges venatum ibant, Wilhelnum secundum cursu defessum recubuisse, eique in somnis Virginem Dei Parentem auri vim a Wilhelmo patre ibi- dem defossam indicasse, ut inventa pecunia templum Deo conderet, sibique dicaret. Quidquid id est, hoc ex certis monumentis comperimus, Wilhelnum regem anno cir- citer MCLXXII aedi perficiendae animum appulisse. Quinam vero artifices ad tantam tantaque pulcritudinis molem aedificandam exornandamque acciti fuerint adhuc latet, sed verisimilimum est sicilienses simul arabicosque et byzantinos opifices huc confluxisse, et decem fere annorum spatio illud mirandum opus sucrevisse, quod non gothicum tantum, vel byzantinam, vel arabicam, sed horum simul populorum architectonicam rationem praeserens, suum vultum undequaque servat.

Templum invisentibus binae patent valvae, quarum unas Barisanus Tranensis a. MCLXXIX, alteras Bonannus, civis Pisanus, a. MCLXXXVI liquato aere confecit. Maiores valvae a Bonanno conflatae sunt vetustissimum italicum sermonis adhuc vagientis monumentum. In his enim inter anaglypta, quae sacrae historiae praecipua gesta referunt, huiuscmodi verba legimus: *Eva serve a Adam; Cain ucise fratre suo Abel; la qarentina* (hoc est quadragesima); *Iosep Maria fuge in Eitto; et alia id genus quamplurima.*

Quoties autem superatis liminibus interiore templi prospectu uno veluti obtutu fruaris, animus tibi incredibili quadam admiratione et volupate perfunditur: namque aptissima partium dispositio, sublimes arcus ad sidera prosilientes ac veluti evanescentes, aereae solidaeque columnae, aurea lux et tecto et parietibus auris repercussa, cuncta denique quemvis hominem consistere in medio co- gunt, et, ut ita dicam, sensibus abducunt. Maiorem templi alam a duabus minoribus hinc inde secernunt XVIII columnae ex lapide numidico cum pulcherrimis capitulis, e fanis romane aetatis lapsu temporum dirutis ablatae; laquearia huiusc alae totiusque templi auro variisque coloribus et tormumatibus affabre sunt exornata.

Post maiorem alam paullo altius erigitur odeum, quod presbyterion Graeci vocant, cui imminent quattuor arcus in maximum altitudinem educti. Odei pavimentum orbi- bus ex porphyretico et serpentino marmore sectis et vermiculato opere tamquam tapete cinctum est. Pav-

(1) Cfr. an. III, n. IX.



Maximi Montiregalensis templi prospectus exterior.

mentum hocce subsequitur altior area, ad cuius extrema latera duo solia, regium et pontificale, attolluntur, indeque per septem gradus ad maximum altare pervenire datur. Hoc totum ex argento a Ludovico Valadier, gallico artifice, caelatum saeculo XVIII templo donavit Franciscus Testa, quo antistite Montegali omnes liberales artes doctrinaeque maxime floruerunt.

In sinistra ala cernere est Margaritae, Wilhelmi secundi matris, Rogerique et Henrici fratrum sepulcrum, necnon altare D. Ludovico IX, Galliae regi, sacrum, sub quo eius cor et viscera asservantur; in dextera vero Wilhelmi primi et secundi regum monumenta. Wilhelmi primi sepulcrum ex porphyretico, Wilhelmi secundi sepulcrum ex niveo excisum marmore duabus obsignatum est inscriptionibus ab Antonio Venetiano, siculorum poetarum sua aetatis principe, confectis, quarum unam hic refero:

*Inclita quas verbis sapientum turba recenset  
Virtutes solus factis hic praesit omnes  
Egregii, quare bonus est cognomine dictus;  
Utque bonus magno longe est praestantior, illo  
Maior Alexandre sic rex Guilielmus habetur.  
Artibus ipse etenim pacis bellique fuit  
Clarus, et ut semper iusta ac pia bella gerebas,  
Sic quoque laeta tibi semper Victoria parla est.  
Et nunc, ne vilis iaceas, rex optime, praesul  
Te decorat tumulo hoc Ludovicus Torrius aureo  
In templo, summa quod tu pietate dicasti.*

Admiratione praecepue in Montiregalensi templo digna est copia emblematum vermiculatorum, quae auratis parietibus quaquaversus superinducta veteris novique foederis argumenta velut in scenam referunt: nullo enim in templo, quod hoc nostro antiquius sit, prostant musivo opere CXXX symplegmata, praeter plurimos clypeos sanctorum virorum effigies (1) singillatim referentes. Quibus omnibus maiore invenientes stupore afficiuntur, si parumper animo cogitaverint innumerabiles illas icones arcto quodam inter se vinculo contineri, simulque ad unum centrum confluere, ad Christum scilicet humani generis servatorem. Itaque, ut utar verbis Caietani Milluntii (2), haec imagines tacite agere Divini Verbi fabulam videntur; quae quidem fabula in tres actus dividi potest. In primo autem actu videmus ea quae Christum natum antecesserunt, in secundo Christum ipsum in mediis hominibus agentem, in tertio denique ea quae post Christum patrata sunt, praesertim a beatis Petro et Paulo apostolis. Totius fabulae, quae

(1) Inter hasce editiore loco super maximum altare eminet imago divi Cantuariensis. Mirabimur profecto sanctum virum tam cito beatorum Caelitum honoribus auctum fuisse, si meminerimus Wilhelmu secundum uxorem duxisse Ioannam filiam Henrici secundi Angliae regis, cuius opera sanctissimus pontifex necatus erat anno MCLXXI. Sed tanta vis probitatis est, ut eam etiam in adversario diligamus.

(2) G. MILLUNZI, *Guida dei monumenti di Monreale*, p. 17.

stum nascentem, inter homines commorantem, cruciatum, occisum, et sepulcro excitatum nostris offert oculis. Tertium *Acta apostolorum* in *protasi et diaconia*, quas vocant; recentiorem vero christiani nominis historiam in cunctis singularibus imaginibus et clypeis hic illuc per totam aedem effectis complectitur. Omnes tabulas et effigies singillatim persequi longum est; eas si quis penitus explorare velit, aureum aeat C. Milluntii libellum, quem supra memoravi. Illud tantummodo velim animadverant lectores, haec emblemata byzantinam pingendi rationem paululum redolere, et verisimilitudinem in lineamentis, in figuris concinnitatem proportionemque aliquando desiderari. Neque mirum id; nondum enim humani cultus renascentis ortus et quasi aurora Italiam illuxerat; nondum Iottus, Angelicus Fesulanus ceterique, posthabitis Byzantiorum exemplis, deerrantes artes ad naturae similitudinem effingendam revocaverant. Sed hoc nihil imminuit templi magnificentiam pulchritudinemque, nec hospes mirari unquam desinet ingenium artificis, qui tam apte, tam bene sapienterque omnia dispositus, ut figurae, ornamenta gestaque in parietibus expressa in unum amice coniarentur.

Sed quaeret quispam: unde tanta auri vis ad tantum opus brevi tempore perficiendum provenit Wilhelmo regi? Qui aliquam rerum Sicularum notitiam habeat, sciet profecto Northmannis regibus permulta eaque maxima vectigalia ex totius insulae urbibus reddisse ob diligentiam arabicorum quaestorum, qui rei nummariae peritissimi erant. Adde his ingentem pecuniae vim, quam Wilhelmus primus seposuerat, adde et gazas auri argenteique et magnas praedas, quas Sicula classis ex variis in Turcas Arabesque expeditionibus reportabat, neque amplius mirabere Northmannos reges tantas opes in templis, aedibus, castellis hortisque magnificentissimis exstruendis exrogare potuisse.


Tres insuper aediculae recentiori aetate templo adiectae sunt a pontificibus Montiregalensis liberalissimis, quarum antiquior divo Castrensi dicata est anno MDICVI a Ludovico Torres, qui pontifex Romae Philippi Nerii, Torquati Tassi, Caroli Borromaei, Caesaris Baronii amicitia et familiaritate floruit. Ibi, praeter argenteam urnam divi Castrensis ossa custodientem, membranaceum laudum divinarum Breviarium asservatur, cuius singulæ paginae variis imagunculis et ornatis auro minioque venustissime distinguuntur. Aedicula Christo crucifixo sacra Ioannis Roano pontificis iussu aedificata anno MDICII et

lapidum multicolorum tessellatorumque copia atque marmoreis signis effuse ditata, sequioris artis, quae saec. XVII invaluit, rationem prae se fert. Sed minime spernendae sunt lignae valvae pulcherrimis torematis insignes, quae cruciatus Iesu Christi D. N. referunt. In aedicula divo Benedicto sacra, marmore, anaglyptis gypseisque sigillis undeque contexta, marmoreum divi Benedicti simulacrum, sepulcrumque F. Testae optimi antistitis, utrumque Ignatii Marabitti opus, inspicere operae prentium existimo.

Templi Montiregalensis curam sodalibus Benedictinis, ex Cavensi monasterio accitis, Wilhelmus commisit, illis que in coenobium suas aedes assignavit. Cuius vetusti aedifici cavaedium et maximum cubiculum adhuc existant; cavaedium undeque circumcurrit quadratum peristylium, quod CCXVI columellis constat mirabile in tenuitate venustatem spirantibus. Earum maxima pars, praesertim quae in angulis sitae sunt, tam profusis, tam molibus delicatisque ornamentis et anaglyptis sunt circumvoltae, ut nihil profecto pulcrius ante renatas artes tota Italia inveniri possit. Reliquae columnulae omnimodis lineis et vermiculato opere intertextae, et capitula his superaddita mirum est quo artificio, quanta feliorum, florum signorumque varietate decorentur. Ex his unum noctua cucullatas resert, unde conicitur id ab haeretico vel arabo artifice in Benedictinorum ludibrium factum esse; multa alia vero sacrae historiae gesta nobis exhibent. Ad unum ex quatuor peristylii angulis ex alta columna angulata strigibus Arabum ritu persulcata per plures fistulas defluit perennis aqua. Per totam cavaedii amplitudinem subterraneus lacus excavatur, mirandum quidem opus a Rogerio, Wilhelmi secundi avo, ut verisimillimum est (1), confectum, ne forte in obsidione aqua aedium incolas deficeret. Totius peristylii prospectum intuentum animi incredibili stupore et voluptate afficiuntur, pictoresque et qui res luce graphice exprimunt, praecipuas pulchritoresque eius partes certatim effingere nituntur. Sed hinc profectis et scalas coenobii ascendentibus occurrit tabula depicta a Petro Novellio Montiregalensi, quo nemo apud Siculos, ut Vallaurii verbis utar (2), diligentius ex vero similitudinem effinxit, adeo ut «Raphael Siciliensis» merito appellatus fuerit. In ea Novellius sanctum Benedictum pinxit, qui sub panis imagine suam regulam distribuit

(1) Ex testimonio Romualdi Salernitani, qui Wilhelmi secundi aequalis et cognatus fuit. Vide, sis, *Chronicon ROMUALDI SALERNI*, ad annum 1153, in *MURATORI, Rerum Ital. scriptores*, tom. VII.

(2) THOMAE VALLAURII *Inscriptiones*, ed. III, p. 123.



Maximi Montiregalensis templi prospectus interior.

cunctis sodalitatibus  
sanctis Brunoni  
Bernardo Tolomei  
ore colorum lineis  
austeram gravitatem

Sed video me  
ius commentarii  
descriptione am  
ponere possim!  
humanissimi le  
dicio cuncta vid



in Co  
stri huius caeli  
facilitas ope curr  
Montem Regalem  
agit; invitant ipsa  
taque, et locorum  
Montem Regalem  
modo sacram fac

Montregali,

DE PILARI

Nox aliter ad  
quibus nos  
statio hauritur,  
nuncuparunt, in  
non defuerunt q  
indeque ad Ang  
quid autem fuer  
tinet, atque ita,  
indictas ad sole  
brandam, et ipse

Hockey a pilari  
differt: haec eni

e copia atque maris, quae saec. xvii minime spernendae reumatis insignes, erunt. In aedicula glyptis gypseisque eum divi Benedicti optimi antistitis, picere operae pre-


libus Benedictinis, nus commisit, illis. Cuius vetusti aiculum adhuc excurrit quadratum instat mirabile in maxima pars, praeforibus, tam mol-

gypsis sunt circum- renatas artes tota mulae omnimodis que, et capitula his quanta foliorum, tur. Ex his unum tur id ab haeretico

orium factum esse; nobis exhibent. Ad alta columnam ana per plures fistu- edii amplitudinem in quidem opus a simillimum est (1), a aedium incolas intuentum animi tur, pictoresque et suas pulchioresque

Sed hinc profectis rit tabula depicta em apud Siculos, ex vero similitudiniensis a merito cunctum Benedictum regulam distribuit

i, qui Wilhelmi se- chronicon ROMUALDI rum Ital. scriptores, i. III, p. 123.



Montiregalensis Coenobii peristylum.

cunctis sodalitatum Benedictinarum auctoribus, id est sanctis Brunoni, Ruperto, Ioanni Gualberto, Romualdo, Bernardo Tolomei; sed praeceps in sancti Benedicti ore colorum lineamentorumque veritatem sanctique animi austerae gravitatem retulit.

Sed video me iam longius progressum, quam quod hu- ius commentarii spatia ferant; et utinam singula quaeque descriptione amplecti lectoribusque veluti sub oculis posse possim! Quod si assequi non valeo, veniant ipsi humanissimi lectores suisque oculis atque exquisito iudicio cuncta videant, dispiciant, admirentur. Invitat no-



P. Novelli tabula  
in Coenobio Montiregalensi asservata.

stri huius caeli tepor atque indulgentia, invitat itineris facilitas ope currum nuper invectorum, quos Panormo Montem Regalem, dimidiae horae spatio, electrica vis agit; invitant ipsa artium pulcherrima opera monumetaque, et locorum, rerum hominumque memoria, quae Montem Regalem urbem artibus atque historiae quodammodo sacram faciunt.

Montiregali, mense Sept. MCM.  
JOSEPHUS SOLA.

#### DE PILARI LUDO CUI NOMEN "HOCKEY"

**N**on aliter ac gymnici plerique ludi sub dio acti, quibus nostra aetate tanta a iuvenibus oblectatio hauritur, viresque augmentur, *Hockey*, quem nuncuparunt, in Anglia inventum ferunt; quamquam non defuerunt qui ex Indis ad Americanos populos, indeque ad Anglos transmigrasse autumarint. Quicquid autem fuerit, *Hockey* ludus nunc latissime pertinet, atque ita, ut inter ferias Lutetiae Parisiorum indictas ad solemniorem artium recensionem celebrandam, et ipse suum sibi locum vindicaverit.


*Hockey* a pilari communi ludo *Foot-ball* longe non differt: haec enim propositi summa, ut pila intra duo

valla traiiciatur in mediis illis lateribus collocata, quae in campo, ad rectanguli formam distributo, minorem obtinent locum; hoc tantum discriminem, quod sphaera multo minore certantes uti debent, neque eam pedibus agere, sed baculo satis ab extrema parte repando et cavo, arcuale ad instar.

Aleatorum numerus e sphaeristerii spatio constituit, iisque in duo agmina distribuuntur; dux utriusque deligitur; campus universus fune circumscrubitur, vel suffossiuncta, cum praecipue in glacie deceretur: tum vero quadratum ligneum pro pila adhabetur, clavis ex magno capite insertis, quo facilius per glaciem dilabatur.

Lusores suo quiske loco consistunt, neque ab eo recedere possunt praeterquam ad pilam propellendam; qua ab aemulo tracta, ad suam, quasi dicam, stationem reverti tenentur.

Aliae ludi regulae hae sunt: ne quis aemuli baculum plus metri decima parte extollat, neque manus afferat ad ictui obstandum, neque sphaeram, vel rectangulum ligneum icat, sed tantum impingat, ne fuste collusorum crura percussiat. Ille tandem victoriem assequetur, cuius opera intra vallorum aditum ex campo pila incolumis evaserit.



Signa \* effingunt lusores primi agminis; # secundi.

Ex sphaeristerii prospectu, quem sub oculis pono, lusores utriusque agminis inter se inordinate, sca-

larum fere ad similitudinem, dispositi apparent; id enim ludum difficiliorum efficit, cum impossibile fiat lusorem uno ictu ab altero ad alterum campi extremum, obstantibus assidue adversariis, socio pilam iactare. Sapienter sphaeram pellere, prudenter comprehendere, inopinato intercipere, in his *Hockey* ludi doctrina.

Praesidet arbiter, signoque ab eo dato, bellatores novum hoc praelii genus ineunt, ut pila recto ducem sui cuiusque agminis attingat. Qui quidem, in dextero latere collocatus, ut campi portam, quam hostis custodit, ipsa excedat contendit. Haec autem tracta centies centiesque repulsa hinc inde agitur, mittitur, citissimeque revertitur, dum lusorum omnium corpora tenduntur, excentur, pilam sectantia, et eius variis itemque iucundissimas vices.

Ita *Hockey*, super quam quod ludus est ad descendum simplex, ad agendum sanus, eos quoque delectat qui spectaculo adsunt, quippe suspensi ad ipsum animo intenduntur.

FORFEX.

#### ITALI BRUTIORUM DUCIS

##### E POLARI ITINERE REDITUS

**I**TALO Brutiorum duci ex perpetua nordica glacie redunti, eiusque fortissimis comitibus universa Scandiae civitas occurrit, conclamat, plaudit Europa et America omnis. Itali non tam admirationis egregium ob facinus, quam grati animi tributum solvunt, eo quod nostrum nomen tam late iterum insonuerit.

Verum tot inter plaudentes nulla sane gravior laus, quam quae a Nansenio, glacialium itinerum nostra hac aetate principe, iuveni audacissimo redditia est. Qui profecto inter ovantem suorum turbam ad ducis aedes primus adstitit, totiusque populi acclamationes non modo voce, quam auctoritate sua, qua nulla in re maiest, excitavit. Iuvenem enim publice laudavit eo quod Marci Poli, et Columbi, Italorum nominis gloriam aemulatus, aequilibus specimen protulerit, famam et lauros alias colligenda ostenderit, quam inter Martis clades et ruinas. Et sane ipsi Nansenio mirum evasit quanta praecipue alacritate et celeritate itali iuvenes audacissimi polarem punctum feliciter appropinquaverint, adeo ut viatores omnes seseque omnium postremum audacissimo in curriculo vicerint. Ipse enim primus, ut notum est, iter indigitarer acutissimo intuit, quo marinum quoddam quasi flumen ex rigidis Americae regionibus in Behring, Asiae litus, influere perque polum transire tuta mente animadverterat. Navem igitur suam *Fram* nomine celeberrimam, antequam glacies rigeret, impellere longius contendebat, ut deinde crystallino mari constricta atque effluentibus inferius marinis undis quasi in arbitrium tradita, polum nullo aut parvo labore attingeret. Verum non tam feliciter Norvegio Iasoni fortuna cessit quam arbitratus fuerat; maris enim facile immaturo frigore coacta devinctam navem sensi, citius quam voluit, nimisque longius a loco quo pervenendum sibi statuerat. Quare effluentis glaciei novum iter per polum tranpare iam non poterat, sed tantummodo transiens appropinquare. Igitur cum magis proximam stationem sese attigisse est ratus, comites omnes in navi derelinques, ipse unus vix adlecto sibi amico currum ascendit canibus actu, polumque versus temerario cursu ruit, quoque commeatus, hiems, viresque tulerunt: his vero tandem destitutus ad redditum coactus est. Atqui noster Brutiorum dux non aliter rem paraverat; verum navis eius *Polaris Stella lucido* nomine minus valida contra glaciei constringentem complexum viatoribus evasit quam Nansenii *Fram* fuit. Contra vero faventius longe magis aequoreum iter habuerunt; miti enim tempestate serius coagulatis undis diu libera ac proinde citissima ad septentrionem patuit via, ita ut polo maxime proximum iam locum attingere ausplicata navis potuerit.

At superveniente superioris anni acerrima hieme discrimen maximum nautis imminuit, cum, constringente undique undarum vi, suae navis scaphum paene confractum ruere brevi timuerunt. Nihilominus, etsi haud leviter labesfacta, sospes tamen ratis evasit, exentesque inde nautae casam sibi lignis et glacie exstruxerunt ad hibernandum. Micante igitur in immensa glacie planities canadis undique praecincta montibus diuturnum tempus in venatione, in lectione, in amica conversatione transegerunt, ac diem Domini natalem, diemque novi anni initium modestis, prout in tanta rerum angustia licebat, seris celebrarunt. Attamen supervenit tunc infortunium, quo laetitia omnis, si qua erat, tantorum dierum perturbata est, et in fugam versa. Dux enim inter venandum, chirothecam minus prudenter expolians, binos laevae manus digitos correptos repente a frigore sensit. Rediit statim, Cagni duce comitante, in casam, ubi illico oportuit ut Cavalli medicus utrumque digitum amputaret, ne laevum omne brachium forte corrumperetur. Cagnius autem et ille, etsi levius, simile hiemis vulnus retulerat, ex quo praedicanter et ipsum tandem parem excisionem pati oportere.

Cum itaque rediit ver, si licet absque ullo aëris tempestatumve tempore ver illud dicere, in currus canibus actos, quorum bini ut polum attingerent nautae paraverant, concendere dux nequivit, sed manere in hibernis invitus gravique animi moerore ob insanatum vulnus coactus est. Comites autem bipartito manipulo profecti sunt, quorum alteri Cagnius centurio, alteri Querinius, iuvenis admodum, at heroica fortitudine praeditus, praepositi sunt. Primis quidem fortuna favit, qui audacia miranda, ducisque fortissimi animo impulsi tam proxime ad polum accesserunt, quantum nemo adhuc neque ipse quidem Nansenius potuerant, octogesimum sextum usque latitudinis gradum trigintaque post illum momenta attinientes. Iamque praelucebat paene avidis currentium oculis suprema meta, a qua vix quatuor gradus aberant, cum tandem non laboribus atrocissimis fracti, sed quovis commeatus genere expertes redditum petere oportuit. Iamque nonnisi latissima glacie planities cursu citissimo dimensi ad comites extenuati redierunt. Haec inter fideles canes, qui tantam versus metam acti fuerant, interfec-

20]

## LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Iam qui sint quos leviter adumbravi ex his facile colliges. Sunt graviores quidam viri, exempli sui tenaces, haud absimiles incultis asperisque regionibus, in quibus diutius nives haerent, qui nunquam a se intuendo contempnandoque discidunt. Digniari se aiunt pro aris et focis; exsangues et iacentes litteras per veterem docendi rationem sustentare; adventiciam doctrinam, Catonis more, a suis Penatibus propulsare. Dumque vasa Samum, Athenas afferunt noctuas, haud animadvertisse latini sermonis quotidianos corruptores cachinnos prudentium movere, qui recte scire malunt, quam prave scribere aut loqui. Tanti vero molimini causa multiplex quidem illa est. Praecipua in eo posita, quod latinam linguam succrescere adhuc quasi viventem putant et in vita usum deduci posse, instar vernaculi sermonis. Cumque italicae loquelae terminaverint modum propositis auctoribus saeculi XIV, quos ultra citraque nequit consistere rectum, - ita enim ipsi iudicant - demortuae latinitatis proprio marte fines produnt, Flacci iura sibi usurpantes perdidicte:

... Ego cur, acquirere pauca  
Si possum, invideo, cum lingua Catonis et Enni  
Sermonem patrium dilaverit et nova rerum  
Nomina protulerit? Licuit semperque licebit  
Signatum praesente nota producere nomen (1).

Illud autem inde consequitur, ut non quae sit optimi species maxime curent, sed qui brevior cursus atque facilius, induantque pueris eloquentiam nondum lacte de-

(1) HOR. ad Pison. 55.

cisse miseris gravissimum fuit; sed iam alia quaevis esca defecerat. Verum luctus, quo nullus gravior evenire poterat, viatores iis diebus manebat, Querinius eiusque comites nunquam ad navem redeentes videre. Hos exspectarunt trepidi diutius, hos quoquaversus immisis curribus et exploratoribus petierunt undique; at clamantium per glacies vocibus non respondebant nisi altissimae noctis silentia. Tres itaque iuvenes, aut glacie obrutos, aut fame enectos, periisse tandem certum fuit, nihilque iam, post peracta funebria, superfuit, quam de reditu cogitare. Tunc sese solente glacie marina iterum patuit via, quam labefactata navis non minore tamen celeritate rediens explevit. Tenuit tandem fortissimus iuvenis Europaea litora, atque Trondhjem, Norvegiensem portum, appulit, indeque praecantibus electridis nunciis Christianiam, illius gentis urbem principem, contendit. Plausus inibi itaque ab Italorum rege regalique familia, ab Italis omnibus redeentes manebant, ibi Nansenius obvius cucurrit. Oscar rex torques sui regni nobilissimas tum Brutiorum principi, tam strenui manipuli moderatori, tum Cagni centurioni, qui tanto inceptu maiores omnes superaverat, decrevit.

Iamque post Norvegiensem populum ad fortissimos iuvenes geographiae disciplinae Academiae, ubique per orbem constituta, plausus mittunt, athenaea omnia salutationes describunt, Taurinenses cives ferias parant, humanitatis cuiusque cultores ex America omni ex qua Europa gaudio gestientes laudis tributum solvunt. Peregrinos autem omnes Italo viatori audacissimo tam concordi voce plaudere, gratum sic nobis est, ut leniat quodammodo terribilis regiae necis recentem luctum, siciorumque dedecus, quo patria haec nostra affici a multis iam annis visa est, delectat, et adepta hac nova et maxima atque purissima Ausonii nominis gloria de italico fatis non minuendis spem altissimam innovet.

A. L.

Malus est custos diurnitatis metus: contraque benevolentia fidelis ad perpetuitatem: id igitur amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur. (CIC. De offic. II)

pulsis, ut viam faciant iisdem ad sermocinandum, disserendum, arguendum haud minus fatue quam barbare. Rem declarant innumeri de gravioribus, ut aiunt, rebus exarati libelli, de quibus ambigas, utrum verba an portenta continant. Altera causa est ignoratio aetatis et studiorum, magna cum socordia conjuncta. Arduum enim et longum opus est investigatio; ipse Cartesius, qui periclitari omnia instituit, duri laboris pertaesus, ad ceterorum vulgus accessit. Iuvat profecto tuta e statione prospicere discurrentes nautas et ad officia trepidantes, ac facilissimum factu est consilia mortalium arguere, quos acerius animi vis rapiunt in media discrimina.

Quam iuvat immiles ventos audire cubantem,  
Aequore ab indomito dum sibi nauta timet (1).

Itaque reprehendunt, illudunt, exigitur quaecumque ipsi non audent; si quae nova inventa est discendi ratio et via, si quid subtilius cogitatum est aut felicius inventum, id omne durum esse dicunt, peregrinum, odiosum, intolerabile. Interim dum Ulixis mala requirunt, sua ipsi beatissime ignorant. Tertiam causam desidiae, omnium verisimilam, in Tullianae sententiae obliuione reperias: « honos altis, omnesque incunduntur ad studia gloria, iacentque ea semper quae apud quosque improbantur ». Quamquam haec etiam causa redit in ignoracionem virtutis, quae quum in paucis est, a paucis iudicatur et cernitur. Dum igitur praestet est Fortuna cornu abundant copiosa iis, qui nihil divini a se alienum putant, aut qui cruda adhuc studia in forum propellunt, latinitatis cultores non modo ab omni honorum contentione ac dimicazione revocantur, sed incolumi etiam victu plerumque carent; adeo summi labores nulla compensati re aut gloria mitigantur.

(1) TIB. I Eleg. I, 23.

## VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Vocis Urbis scriptorum familia novo luctu ieta conqueritur. Eugenius Di Bisogno, iuvenis admodum, brevi eoque mortifero morbo correptus est Mediolani, qua in urbe natus erat ac degebat. Duo eius scripta in commentario hoc nostro edidimus: *Humani ascensus*, et *Franciscus Assisiensis coram decidente saeculo* (an. II, nn. VIII et XXIII), quae doctam et intelligentem rerum aestimationem, iudicium exquisitum, litteras multas, multa cognita ac percepta apud eum fuisse ostendunt. Opus eius praecipuum *De sancto Bonaventura et Dante non Italorum modo*, sed exterorum etiam auctorum laudes collegit.

Fridericus Nietzsche vehementissime doctrinam illam propugnavit, cuius germina graeci sophistae, Callicles praesertim, iecerunt, omnium et singularum facultatum, quae cuique propriae sint, effrenatae elationi intendenter, atque paucissim illis orbis imperium tribuentem, qui fortiter iubere ac velle sciunt. Ratio haec, humanum quoque progressum spernens, satis in honore viguit, admiratores passim invenit, et asseclas, et... simios. Sed litterarum et artium integrum scriptores hunc hominem forsan iudicabunt iam ante insanum raptum, quam in amentium Weimarensi domo, ubi mortem obivit, receptus esset.

De Wilhelmo Liebknecht, qui factionis Germanorum socialistarum principatum tenuit, fusius alias dicimus.

Albertus, Saxoniae princeps, regis nepos, Dresdae ortus v kal. Mart. a MDCCCLXXV, cum a Pilinitz Wolkau urbem rheda peteret, furentibus equis, in terram deiectus, tam gravi vulnere est affectus, ut paulo post animam egerit.

I. F.

## QUAESITIS RESPONSIO

De una eademque apud omnes pronuntiatione latina.

Augusto Sordet viro clarissimo Hyacinthus De Vecchi Pieralice S. P. D.

TANTUM in recentiori epistola tua est gratiae cum dignitate conjunctum, tantum urbanitatis et benevolentiae cum auctoritate et cum sapientia, ut ipse ob inde

Treb. — Adduxisti ignoratae crimen aetatis, quae nihil habet quod a vetustate non acceperit: *Nihil enim sub sole novum*.

Loll. — Ita plane; *nil sub sole novum*, ne ipse quidem humani ascensus ingenii; pertinet enim ad summam naturae legem, hoc est ad motum. Quid autem antiquius naturae legibus? Vide tamen, quam diversi sint animorum motus a ceteris. Nostri orbitam Solis, homuncio; tui fines ingenii te latent. Sic placitum illi principi ac rerum parenti Deo, qui primus per artes

*Movit agros, curis acuens mortalia corda,  
Nec torpere gravi passus sua regna veterno.  
... Ut varia usus meditando extenderet artes  
Paulatim, et sulcis frumenti quereret herbam,  
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem (1).*

Simil autem variae venere artes,

*Tempora mutantur, nos et mutamur in illis.*

Qui autem vos estis, quibus liceat inexplibili huic oceano intelligentiae atque industrie Gaditanas portas constituere, inscripto titulo « *huc usque licet* »? Aut quae vestra est tanta perversitas, ut, inventis frugibus, glande vescamini?

Treb. — Age iam, Lolli, et quoniam Augustea ista tua aetas;

*Fruges et agris reddidit uberes,  
Et signa restituit Iovi (2),*

ede recentiorum nomina latine scribentium cum laude, cuius rei videris oblitus.

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

(1) VERG. I Georg. 125.

(2) HOR. IV Carm. XIII, 4.

iucunditatem nesciam; maxime autem optime dum illum Macerorum sit pro quod frustra in crebro frustra summam rei tunc factum est a consilio ad facilius.

Sed in ipsa basi, virum quem et auctoritate per « Certum est maevam loqueretur.

Dubium proferre argumentum, pitione fit actor sitionem debet Romanis primam ditam in omnibus illi, sed impossibiliter addet: Scrutum et fortasse aliquem inveniat quod in auro constat, e

feruntur. Quae etiam vissimum notatum dicitalis quasi camonem colloquuntur, ideo quae ad ille versari credunt. Aliis, quam vobis quae ab usu potius ultra; nam tantum bibliothecis raro patet. At sermo culi scholas, for physicus medicis, ad iurisprud philosophia loquuntur, complevit. Quin nulla ex Venetis sertim sermone propriate ad pedem, quae proinde exprimebat, cuius incipiens his vigationis meae per quibusdam recessi scribarum ab quotidiani decidi moris, doctrinae pulchriorum pulchriorum, buuntur, inquit in aestimabili hanc auctario nostro arrunt. Quum igitur vivere a senectute sua ad unguem minus quam ver

Quem penes

Quo et hortato commentariis usum monem patrium et gua Catonis et

olim cinctu

Hoc autem cum Vallarius ille cerit, cum tribus Vida, Bembus, tum unum pro

IORES

luctu ita con-  
nis admodum,  
Mediolani, qua  
scripta in com-  
scensus, et Fran-  
an. II, nn. VIII  
rerum aestima-  
tas, multa co-  
dunt. Opus eius  
e non Italorum  
andis collegit.

doctrinam illam  
ciles praesertim,  
e cuique propriae  
issimis illis orbis  
lle sciant. Ratio  
satis in honore  
et... simios. Sed  
minem forsan iu-  
nentum Weima-

nis Germanorum  
icimus.

s nepos, Dresdae  
z Wolkau urbem  
ectus, tam gravi-  
rit.

I. F.

SIO

omnes

us De Vecchi

ratiae cum di-  
cis et benevo-  
t ipse ob inde

atis, quae nihil  
enim sub sole

ipse quidem  
summam na-  
em antiquius  
int animorum  
cio; tui fines  
ac rerum pa-

,  
no.  
artes  
erham,  
n (1).

ill.

huic oceano  
rtas consti-  
ut quae ve-  
ibus, glande

ugstrea ista

cum laude,

GELINI.

iucunditatem susceptam gratias acturus unde incipiam nesciam; maximas autem debere me tibi plane fatear. Te autem optime de latinitate merentem, tecumque Donaldum illum Macrae, omnes laudabunt, quia a vobis illud ortum sit pro latina pronuntiatione apud omnes una, quod frustra invocare tot saecula, tot etiam conatus crebro frustra consequi posse sperarunt. Iam autem fere summam rei tenemus in manibus, et constratum et primum factum est iter, ut quaestio, prout ipse pulcre ait, a consiliis ad facta transeat.

Sed in ipsa nuperrima epistola tua, dum quaeque probas, virum quemdam amicum tuum, praecellenti doctrina et auctoritate praeditum, inducis ita me interrogantem: « Certumne est Romanos, post tot elapsa saecula, primaevam loquendi rationem custodiisse? »

Dubium proponere, o sodes, longe aliud est ac proferre argumentum, et si ad normam iuris « reus in exceptione fit actor », ostenderem prius ille contraria propositionem debuerat, nempe: « post tot elapsa saecula a Romanis primaevam loquendi rationem non fuisse custoditam in omnibus »; quod quidem non modo difficile probatum illi, sed impossibile et illi, et cuique futurum credo. Verum ille addet: Scrutabimur, ut aiunt, Ierusalem in lucernis; et fortasse aliquid inveniemus quod conferat. — Quid si inveniat quod invenisse putat? Coram ingenti mole, quae auro constat, ecquid erit si vix libram cuprii aeris invenire, auro nihilo secus immixto flavescentem? Atqui vix tanti ponderis ea sunt omnia, quae in unum congregata feruntur. Quae ego antequam ad trutinam revocem, gravissimum notatum volo, quod plurimi in hac re praedicalis quasi causa erroris et est et fuit. Latinum sermonem collocare solent inter demortuas linguis, atque ideo, quae ad illum sunt, in tenebris et in umbra mortis versari credunt. Hoc evidenter falsum evincam, neque aliis, quam vobis, iudicibus utar. Mortua ea lingua est, quae ab usu populi cessit, et cuius nemo memor est ultra; nam tantummodo aut monumentis haeret, aut in bibliothecis raro (non enim plurimi eruditii sunt) quaerent patet. At sermo latinus talis est, qui vel ad finem XVIII saeculi scholas, forum, usumque disciplinarum omnium a physicis medicinae artibus ad naturalium cognitionem rerum, ad iurisprudentiam, ad mathesim (de theologia et philosophia loqui supervacaneum duco) ubique gentium complevit. Quinimo ipsi legati gentium, vidi enim nonnulla ex Venetis, in litteris ad reges ac duces illo praesertim sermone utebantur; atque interdum ita callide, ut, nota quadam praemissa, epistola ex integro non a capite ad pedem, sed a fine ad exordium legenda esset, quae proinde diversum et contrarium prorsus sensum exprimebat, cuiusmodi est illa, quam Garzonius refert, incipiens his verbis ad Venetiae reipublicae ducem: « Legationis meae pariter et adventus » etc. Postea, etsi a quibusdam recessit, in plurimis tamen invicta restitit, et si scribarum ab instrumentis, si ab appellationibus fori quotidiani decidit, in omnibus iis, quae catholici sunt moris, doctrinae et usus, invicta permanit; quinimo primi pulchioresque puerorum et adolescentium anni ipso imbuuntur, inque ipso exercentur. Mortuamne nunc, sodes, aestimabis hanc linguam, cui tot hominum pro commentario nostro arrisces, tot utrisque ultim complexi sunt? Quum igitur viva sit, et quodam iuventutis flore redditio a senectute sua revirescat, pro illa stabit quod Horatius ad unguem pro elocutione ferebat, cum usui hanc, non minus quam verba, subiiciendam iuberet:

.... si volet usus,

Quem penes arbitrium est, et ius et norma loquendi.

Quo et hortatore et iudice irrecusibili nos in hisce commentariis usi sumus, dum pro recentioribus rebus sermonem patrium ditavimus vocibus, quas ignoravit « lingua Catonis et Enni », et verba induximus

olim cinctutis non exaudita Cethegi.

Hoc autem cum omnibus apertum planumque sit, cum Vallaurius ille celeberrimus nostro hoc tempore idem fecerit, cum tribus vix abhinc saeculis eam ita Sannazarius, Vida, Bembus, Sadoletus, sexcentique post hos (Murenum unum pro millibus nominabo) ita excoluerint, ut vel

ipse Maro reviviscere in iis videretur, considerate vos quid de mortua lingua hac sentiendum sit, quae fulgida et vivax nihil pristinae gratiae, nihil decoris pristini, nihil pristinae dignitatis amisit. Quinimo ita tinnit, et implet aures, et pectora explet, integra, plena, sonans, suaeque iuuentuti per omnia consentiens, ut nemo, nisi prius utrosque sibi eruat oculos, et utrasque cera, pice, et siquid sit gluten tenacius, hoc opplet aures, de huius vita possit, possit de robore et virtute eius dubitare. Qui fuere ante nos eam sic accepere, acceptam ita ad nos amandarunt; nos autem, qualem amandatam accepimus, talem tenemus, talemque posteris nostris habendam credemus.

Hanc autem et veram esse et nulla vitiatam labescit, ubi consideraveritis eam non in vulgi licentia positam, sed in tutela et in arce et in thesauris doctissimorum virorum, qui a saeculo in saeculum successoribus tradiderunt, atque unum illud curabant, ne coeno aliquo inficeretur, ut verba Clementis, Irenaei, Tertulliani, Cypriani, Lactantii, Hieronymi, Ambrosii, Leonis, Gregorii, Anselmi, Bernardi, Alberti, Thomae, apud alatitudinam Domini semper idem sonarent.

Habet vir tuus haec postea, quasi Achillem immiteret Troianas acies uno impetu profligantem: « Litera c apud illos (Latinos priscos), et litera g quandoque sonum habent compositum, quod quidem alienum duco a pronunciatione antiquorum. In vernaculo nostro sermone (gallico), hae literae duplice sono gaudent; ante vocales a, o, u referunt z et γ illa Graecorum; ante e et i sonum habent leniorem, qui ad literas s et f (gallicum) proxime accedit; Romani vero consonantes c et g ante e et i pronuntiant perinde ac si inscriberent nobis tch, dg ». Hoc non ad unguem. Nam Romani eas pronuntiare solent ante a, o, et u quasi afficerent gutturali sono, et b; id est veluti z et γ. Ubi autem ad e et i ventum siet, si gutturali sono pronuntianda fuerint, addimus b, ut plene z et γ graecum reddant, ita « chirographum », « chelae » et huiusmodi; si pronuntianda fuerint palati ac linguae tantum industria (id est latine), geminum et nativum sonum (b nullimode addita), illis relinquimus. Cur igitur quasi z et γ ante a, o et u adhibemus? Quia si aliter faceremus, non ca, co et cu, sed cia, cio et ciu redderemus, adducentes diphtongum inutile et fortasse ridiculum. Haec, o vir, et scribendi et pronuntiandi causa.

Addit et idem: « Quid commune habet praepostera illa pronuntiatio cum antiquorum recta dicendi ratione, qua, si literis graecis nomina latina mandare cupierint, literas c et g per z et γ semper retulerint? » Ubi haec facta sint, a proximitate formae primum quaeres; postea videbis haec non contineri certa lege, nam ubi lexicon latinum percontatus fueris, mirabere forsitan tam aperte additum b vocibus, quae per z et γ graecanice pronuntiarentur. Demum crede non mihi, sed Romanorum doctissimo Terentio Varroni in lib. VI *De lingua latina*: « Siqua erunt ex diverso genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti geremus morem. Huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater, et illi in quibus, si non tantum acuminis, at plus literarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus, qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba literas alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in turdo et turdario, turdo licet. Si declinantes Graeci nostra nomina dicunt Lucienum Λουκιανόν, et Quintium Κοίντρον, et Ἀριστοτέλεων illi, nos Aristarchum, et Διονύσιον Dionem; sic inquam consuetudo nostra multa declinavit a vetere, ut ab solui solitus sum, ab loebeso liberum, ab Lasibus Lares ».

Atque ad ultima veniamus, quae sic inscribuntur: « Praeterea ego, vir Gallus, plane ignoro cur literam b ante i quasi inscriberetur k pronuntient ». Dicam quae mihi videntur ad rem. Idem Varro locum habet in quo fert voces mihi et nihil et similes ita esse dicendas, ut bene aliquid sit inter duo i, potius quam litera, potius aspiratio, quam aspiratio. Atque proinde, inquit, ni fallor, facile contrahi mihi in mi, quasi mi, et nihil in nil, quasi nil. Sed in hisce cum vitanda duo essent extrema, nempe in hiulcum et patulum rueret qui asperum vellet vitare, incidens in Scyllam cupiens vitare Charybdis, consultum optimè est. Nam si, dempta b, c conscripta fuisse, non mihi, sed mici pronuntiandum esset, quasi felibus

blandiremur; si b ita addita fuisse, ut michi redderetur, non mihi, sed micchi facile quisque legeret. Hinc inter utrumque sumptum quod aequa tueretur sonum vocis dicendas; itaque b interposita, et a mihi et nil, et a micchi et micchil pariter distamus. In iis igitur vocibus sonus habendus est, qui maior si b, minor quam c, aut etiam k, si tuo viro tantus huius graecae literae fuerit amor; ita porro, ut viet Catullum, e pannis illius epigrammatis adhuc irridentem:

*Chomoda dicebat siquando commoda vellet  
Dicere, et insidias Arrias hinstidas.  
Et tum mirifice sperabat se esse loculum,  
Cum quantum poterat dixerat hinsidias.*

Ille autem non sibi, non aliis suadeat apud omnes, etsi nostrestrates, etsi Romanos, pronunciationem vitiis omnino carere. Sunt qui in ipso vernaculo italicico verbum dice idem pronunciationem ac dice; qui casa, cosa; hasa, hosa, quod Florentiae commune; qui veduto, trovato; vedutto, trovatto, quod apud Taurinorum incolas obvium; dum contra cavallo apud Ligures et Venetos cavallo in usu est. Ille igitur vir audiat non quemque latina balbutientem hominem, sed latine loquentem virum, ac tum probe noscet quid si mili et nihil in sonitu, et quam brevi distet a contrahi, distracti et extrahi. Quae porro tria verba et affinia a contrahere ad protrahere, et substrahere fere a quovis bene, optime autem ab iis qui Lucaniam, Tarentinumque sinum incolunt, quodam naturali bono illo, quo et Insubres u gallicum apud nos nulla oris contorsione, nec labiorum ullo pressu pronunciationem.

Sed iam epistolae huic imponamus finem; nimium enim est « longas digressa per horas ». Auream latitudinem nobis credidere maiores, hanc teneamus. Si quid barbarorum incursu, temporis iniuria, casibusque ullis deperiisse dolemus, potius quam inanibus quaerimonias ac discidiis tempus ac vires terere et consumere, instauramus ea quae perierunt, iuxta vires.

Ecquis, si iustus esse voluerit, male nos fecisse existimabit, qui optime, quantum in nobis fuit, patravimus?.. Sint et qui dicant nos Barbaris deteriores aurea omnia et argentea Latinarum gentium combussisse. Respondebo. Quum ab incolis deserta Corinthus, direpta primum, deinde, praecinente tuba, deleta esset, quicquid Corinthii aeris toto orbe laudatur incendio superfluisse compemimus. Nam et acris notam pretiosiore ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria; quia statuis atque simulacris plurimis incendio permixtis, aeris, auri, argentei venae in communis fluxere, quod hodie non iniquum auro ipsi, immo nunc ipso fortasse pluris habetur.

Faciamus igitur, o mi Sordet, faciamus quae possimus; hi, qui nos accusant, aera, quae nostro huic incendio supererint, fortasse non hodie, sed cras pluris quam Corinthia facient, nec minori Corinthiis impendio comparabunt. Vale etiam, atque etiam.

Rome, idibus Septemb. MCM.

## ANNALES

Sinensis et Transvaaliana fata.

**C**ONSILIIUM Pechini urbis capitinis deserendae, quod Russi ultra obtulerunt, haud satis ratum acceptumque foederatis omnibus visum est, renuentibus et obstantibus Germanis praecipue, Anglis et Iaponensibus, qui de loco cedendo nondum esse tempus iudicarunt. Hostes enim tam acris pertinaciae, tamque elatae superbiae, si nostri recederent, facile id caustum autem ob metum quemdam a suis armis inlatum; quod sane, praecipue post victoram tam cito partam, ridiculum pariter atque exitiosum foret. Quapropter foederatorum copiae multae urbem occupant adhuc; aliae ex Pechino ad Tien-tsin urbem, indeque ad Ta-ku portum viam statutis vigilis et castris per pagos et oppida custodiunt, pariterque fluviales tramites, ne hostium callidis insidiis circum-

dati, eam forte occupatam videant, atque a comitibus et ab aequore prohibeantur.

★

Quamquam enim de pace componenda iamdiu inter Europaeorum duces ac Sinensium optimates sermones fuerunt, bellum tamen atque ad velitationes exardescere circum et per provincias non desinunt. Russi immo ipsi, in Manciuria provincia, gravi cum detimento experti sunt quanta adversariis mendacissimis adhibenda sit fides. Horum enim non iustae copiae, nulla lege aut fraeno cohibitae, loca provinciae vastant atque igni tradunt, ipsosque Russorum milites iniquiore loco adortae, non semel, nec sine clade fuderunt. Germani interea Liang oppidum cuperunt atque igne deleverunt; Angli Tu-liu, fortissimum Pugilum oppidum, occuparunt, expilarunt, maximaque praeda onusti redierunt ad litus; Itali Pao-ting-fu, pulsis hostibus, tenerunt; Iaponii imperialem feminam eiusque aulam consecutari equitatu non remittunt, ex eiusque comitatu recens regressi, Ching principem reduxerunt ad urbem.

★

Qui obtestans se ab imperatore mandatum pacis componenda accepisse, a foederatorum ducibus comiter exceptus est; ad eos vero in ipsam imperialis aedis aulam accedere debuit, quam nunquam hactenus peregrino pede calcata viderat. Haec equidem potuit dura belli lex. Sed non cum Ching de pace habendus sermo tam videtur, quam cum Ulyce illo Li-hung-chang, qui tandem authenticum mandato muniri sese ad rem impetravit, exque Tien-tsin ad Pechinum, custodibus equitibus comitantibus, iter explevit. Atqui eius legationis iura nationes omnes prorsus recognovere, dum alterutra haec ad pacem obtinendam quovis pacto expleantur ut, nempe, viri imperio regendo ii praepontur, qui nostris et satis accepti et satis honesti videantur, quibusque fides adiungi possit; ut deinceps detrimenta omnia, clades, incendia, rapinae, in Europaeos ubique patrata, congrua pecunia sarciantur; ut denique viri sive nobiles, sive plebei, qui seditionum et cladum autores fuerint, digna capitum poena, pro suo quisque criminis, multentur. Callidissima enim illa vulpes multa in medium protulit disseruitque, ut suaderet tot delictorum culpam imperiali feminae nullimode tribuendam, sed malis eius consiliariis suique ipsius perversis aemulis. Constat vero contra, et praecipue Germanis, ex ipsis feminae iniquo mandato omnium peregrinorum caedem fuisse paratam, oblatisque donis et praemiis instructam, et ipsum Ketteler Germani legati sicarium, quem nuper Germani milites morte castigarunt, ab imperiali aula necis mandatum accepisse.

Properant vero in dies magis ad urbem tum Galorum dux Voyron, tum supremus omnium imperator Valdersee, quorum primus Shangai portum, alter Hong-Kong insulam iam tenuerunt.

★

Boerorum fata, ultimis hisce diebus, graviter immutata feruntur. Qui enim totius belli, patriae libertatis primus assertor fuerat invictusque propugnator Kruger, apud Lusitanos in Laurentio Marques coloniam, qua causa ignoratur, sese recepit. Ita pariter Steen, Orange reipublicae strenuum praesidem, morbis et aerumnis et senectute confractum, amicum imitaturum iam praedicant. Nec satis: de Aloisio enim Botha, suorum militum duce fortissimo, vagi etiam rumores exaudiuntur. Mirandum est tamen

ducibus abeuntibus bellum minime confectum videri; nam Boerorum reliquiae Anglos iterum inter Barbeton et Avoca loca superarunt, ac quadringentos ex iis captivos duxerunt; iterum ad Kaapumedon et Hector's Pruit praelium exarsit, pons ad Iouberton locum fractus a Boeris est, anglicum ad Schwellizer Rivicke praesidium obsidione cinctum. Nihilominus quid possit adhuc tam exigui exercitus audacia et integer animus nemo videt. Itaque Roberts dux dictum iterum vulgavit, ut victi ab inutili hoc bello tandem aliquando desinant; ipseque iam redditum in Angliam aggreditur atque Baden Powell tribunum una cum quinque et viginti millia militum exercitu, ut pacem ubique per coloniam restituat, suo loco sufficit.

POPULICOLA.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

**I**N Austria comitia ad novos oratores eligendos ad mensem decembrem indica sunt.

In Batavia regalis virgo ad publicos coetus orationem habens nonnulla de Transvaaliano et Sinensi bello prudenter attigit, quod praecipue Batavorum navigia ad earum regionum litora mittere opus fuerit.

In Bulgaria Natchovic, qui agrorum cultui et commerciis commutandis regius administer praerat, officium deserere inopinato morbo coactus est.

In Suetia qui administratorum collegio praerat Rostroem, munere pariter sese abdicavit. Oscar rex von Oetter, navium praefectum, in eius locum sufficit.

SCRIBA.

### LIBRORUM RECENSIO

**D**e Horatii arte critica nonnulla scripsit ALOISIUS MANNUCCI litterarum professor. — Emporii ex officina Titi Guainai.

Exploratum satis est acerrimos quoque pulcri rectique iudices raro artifices esse; omne vero tulisse punctum qui rerum existimatorem iidemque effectores optimi extiterint. Hoc in numero Venusinus vates est collaudans, etsi de se modeste magis quam vere dixerit:

... *Fungar vice cotis, acutum*

*Redderè quae ferrum valet, exors ipsa secandi.*

Is tam firmo pollet sinceroque iudicio, ut saeculis prope viginti videatur praecurrisse versarie inter nostros, apud quos de vetustatis pretio, ob similes ferme causas, haud leviter disputatur. Quo autem tempore ad iudicandum potius quam ad imitandum sunt studia conversa, haud mirum quod censoria ista Flacci facultas plurimorum in se oculos mentesque converterit. Ex his alii rem subtilius investigarunt ac persecuti sunt fusius, terentes manibus epistolam tres celeberrimas, ad Augustum, ad I. Florum, ad Pisones; alii hunc vel illum poetae locum illustrandum curarunt; alii denique tractationem suam non ultra fines commentariorum, quibus utuntur adolescentes in scholis, protulere.

De Horatii Arte critica nonnulla scripsit v. cl. Aloisius Mannuccius, cuius opus paginis sex et viginti quatuor titulos exhibet. Primus est: *De duabus latinorum poetarum scholis Horatii aetate*; alter: *Quid Horatius senserit de veteribus latinis poetis*; tertius: *De Horatii epistola ad Pisones*; quartus: *Quid de graecis poetis Horatius scripsit exponitur*. Liber concluditur epilogi, cuius pauca, specimenis gratia, iuvat afferre: « Pateat igitur iuvenibus via, qui si quidem ingenio minores tamen in arte excollenda magis accurati et sollertes. Qua re eorum animos excitemus, ne contemnamus. Scribendi enim ars est renovanda quae semper rerum publicarum conversiones secuta est. Ex quo veteres poetae legendi magis sunt quam imi-

tandi. Hoc modo Horatius quod italicice *ambiente storico* dicimus, animo comprehendit. Etenim antiquos scriptores summos esse existimavit, si temporum quibus sua opera scripserint rationem habeamus » (1). Quae autem species excellentis artis aut forma in Flacci mente versata fuerit, de litteris idem quam alta senserit, hoc addiscimus paulo infra legentes: « Quid vero de litteris in universum cogitavit? Eas tantummodo animis delectationem afferre, an hominibus usui esse censuit? Multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas et graecos et latinos scriptores reliquise Horatius existimavit, ex quibus maximum possemus percipere fructum » (2).

Est igitur cur eruditissimus quisque secum gratuletur videns Horatianam bibliothecam huiusmodi commentariis augeri. Latini autem sermonis amatores invenient quod et ipsi scribendo imitentur.

P. A.

**NICHOLAS I. STAFFEL, C. S. C. Επιτομὴ τῆς Καιρῆς Σταθήσης.** — Ex officina Athenaei ad Notre Dame (Indiana), 1900.

Nicholas I. Staffel, graecarum litterarum doctor in athenaeo civ. foed. Americae sept., cui a Nostra Domina nomen, ultro ad nos misit Novi D. N. I. C. Testamenti editionem graece, quod ipse summatis dispositus ad usum scholarum: opus profecto utile, non mentis modo, sed et animi cultui accommodatum, ad quae omnino intendant opus est qui rectae adolescentium institutioni student.

A. L.

(1) Pag. 25. (2) Ibid.

### AENIGMATA

I.

*Pars prior aspergit tellurem luce corusca,  
Claudit saepe preces altera Christicolum.  
Heu! totum restat miseris, Fortuna dolosa  
Quies atroce manu cetera cuncta rapit.*

II.

*Una quidem sum vox, sed bino gaudeo sensu:  
Cristatam galeam reteque significo.*

FR. PALATA.

**E**x sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus gallice scriptum et figuris ornatum, cui titulus:

LES CHINOIS CHEZ EUX

par I. B. AUBRY.

Aenigmata ann. III, n. XV proposita his respondent:

1) **Ros-a** 2) **In-sol-ens**.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco, Roma - Herm. Gini, Taurinis aquis - Ric. Magenta, Genua - G. Langenberg, Monasterio Guestph. - Car. Stegmüller, Sabaria - Veritas Cariolato, Vicentia - Ioan. Sedlák, Praga Bohem. - A. Chevénement, Nods - Ad. Huza, Grybovia - Aug. Ed. De Druffel, Velbergen - Petr. Garrone, Pezzana ad Vercellas - P. Rioux, Hochelaga - F. Szymajtis, Opitoloki, in Lithuania - Ios. Castelli, Gandino - Th. Vinas Sch. Piar., Tarrega - E. Schütt, Suechtelea - Mich. Vidal, Palma in insula Maiorica - A. De Jaer, Pousset in Belgis - Seminarium Campaniense ad Salernum - Ios. Crosatti, Poiano Vallispanetae in agro Veronensi - Am. Robert, Marieville in Canada - Alois. Rainieri, Schilpario - St. Fijselski, Ryphino - C. Perazzi, Mengalore, in Indis - Guill. Schenz, Ratishona - F. Perényi, Jászberény - I. Wilhelm, Battle - Alois. Cappelli, Senis.

Sortitus est praemium

AUGUSTINUS EDUARDUS DE DRUFFEL,

ad quem missum est opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS

Scripsit PETRUS ANGELINI.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

## PER ORBEM

**O**MNIA itinerum, quae recens expleta fuerint, quod Italus Brutiorum dux perfecit princeps atque maximum est salutandum. Herois enim huiusmodi facinus omnes, quae eamdem versus metam expeditiones praecesserant, non sine nova Italici nominis gloria, feliciter superavit. Et retinenda haec quidem usquedum lateant saltem Andrée, Norvegii aërei nautae, supremam fata. Lignea enim fragmenta in aequore supernatantia heic vel illuc interdum hyperborei nautae pescantur, quae hodierni Dedali nuncios, sua ipsius manu insculptos, brevibus verbis afferrunt. Ea vero ad primos tantum aërei itineris menses referenda videntur, deque supremis eius vicibus nil unquam retulerunt. Atqui doctissimi viri, iisque non pauci, egyptum dum virum audacissimum queruntur, eius ultimam sortem investigare non desinunt. Quorum inquisitionibus Rennoz, americana matrona, erudita quam maxime, inopinato succurrit. Ea enim, Andrée nondum per aëra profecto, libellum miserat quemdam cui titulus *Vis*, obsecrans ut attente perlegeret, rectiusque perpensis sui incepti periculis, persequi iter desinaret. Perlegit quidem nauta, atque de re cum Vilfrido de Fonvielle amico colloquens, fassus est unum sibi maximum de proximo itinere metum, ne solaribus radiis corriperetur. Metum libellus generat haec fusa oratione adnotans. Solis radii octo vix temporis momentis ex astro in terram prosiliunt, unde, cum ei occurrent, fervorem, lucem, electridem, vitam denique gignunt. Haec autem, pro vario huiusmodi occursus impetu, maxima circa aequinoctiale circulum revealantur, circa polos vero torpida atque exigua. Ipsi autem in polis solis occursus iam nullus est, radiisque, vix glacies vel mare attingentes, in immensum deinde spatium eadem velocitate incredibili suum iter pergunt. Inde procellae inibi terribiles, nivei maris glacieisque pugnae et conquassationes inauditae. Quodsi aeronautae adeo fortuna favisset, ut sese supra pulm libaret, tanta atque incredibili vi, nullis obstaculis fracta, et ille correptus, inter astra atque planetas, vertigine infinita, novus velutus deus versaretur.

*Qua locus Erigonē inter chelasque sequentes  
Panditur...*



Aestuantis itaque solis vi mors audacissimi inter homines danda, quem forte nimiae doctrinarum lucis cupidum, in lucidum suae comae torrentem Apollo secum abripuit. At si contra in gurgites maris demersus est? Profecto hoc tuto assererem, si, non circa pulm globus eius volatissit, sed super Alpium nivalia juga. Inter illa enim lacus renidebat, Gorner nomine, qui inopinato, veluti si quedam et caelo corrumentem vidisset, in terrarum viscera quasi territus aufugit, ut quondam oceanus, Satana fulgoris instar candente, locum dedit. Bernenses cives bombum horrendum noctu audierunt, quo nitidi lacus lymphae in abyssos effugerunt. Fremebat interea circum strepebatque procella, intremebat tellus, tandemque per occultos tramites aquae emergentes, in Viege torrentis cursus influxerunt eumque inflarunt ita, ut undique circum sata inundaverit, pontes everterit, arbores abripuerit, vias demerserit, aggeres fregerit, agros omnes velut in furentem paludem brevi hora immutaverit.



Attamen Alpina gemina procella iis qui Augustae Praetoriae fines incolunt, montanis plerisque ac pastoribus villis, felicissimum praeter spem

eventum peperit. Pluvia, torrentis instar per montis clivum praecepit, saxum quoddam avulsit secumque in vallem per gurgitem compulit. In saxe autem calce appicata lateritia olla latebat, eaque, dum corrueret, fracta est. Nummi autem complebant ollam, eosque per cursum omnem dispersos alium post alium, itineris veluti vestigia, ipsa reliquit. Die sequenti pueri pastores transeuntes, micare aliquid in coeno cum animadvertisserent, nonnullos collegerunt, rursusque retulerunt ad suos. Qui, filii ducentibus, ad locum, quo fracta amphora tandem constiterat, pervenientes, multos nummos tum in itinere, tum circa vasis fragmenta, ad tercentum sustulerunt. Argentei vero plerique sunt, Galliae regum effigiem preferentes, vel Sabaudiae ducum, vel Mediolanensis; erantque immo nonnulli tunc temporis signati, quo Augustana illa villa liberi et proprii ducis imperio gubernata, aeris signandi ius obtinuerat.



Sed Galvestonia, Nordicae Americanorum reipublicae florens civitas, haud idem plane ex aëris tempestatis iuvamen experta est. Iamque ubi vigebant commercia hominum artiumque labores et opera seruebant, civesque innumeri studiis et negotiis dediti felici ritu vivebant, squalerunt undique tellus, ripaque desertae et vastatae apparent, atque nonnisi ingentibus ruinis civiumque cadaveribus ubi vis obrutae. Horrendae enim procellae qua universa civitas vastata est, ad decem usque millia adnumerantur victimae, atque fluminis undae, quae et ruinas domorum, et agros, et sata hinc et inde aggerem exsuperantes inundarunt, eorum corpora inertia atque exanimata, miserum oculis spectaculum, secum perolvunt.

Nec satis fuit naturae tam diro flagello locum plecti; pervicacissimi enim homines, cuiusvis humani consortii hostes tetrici, et praecipue nigri coloris famuli, coniuratione statim facta, ut communis detrimenti pretium per crimen luxuriantur, quae reliquae erant domus, officinas, acervae, emporia, caveas, armata manu expilare, vastare ac igni tradere cooperant, ita ut statim legionem contra eos instruere et expedire opus fuerit, quae tantam virorum immanitatem ferro et missilibus saltem cohiberet. Urbem vero derelicturi prorsus superstites cives traduntur; adeo enim late infortunium exarsit, ut nullo pretio instaurandum videatur.



Sed tandem, tot post excusiones atque intemperies, desfatigatos lectores iuvat ad coenam

invitare. Ibius itaque omnes ad Sancti Iacobi Parisiensem viam, quo *ει παρηγόντες* solemini ritu convenierunt. Nullus enim magis conveniens viatoribus cibus, quam equinus. Quae, ut sciatis, quotannis feriae habentur, comitesque ac convivae saepe adfuerunt sive doctrinae, sive litterarum, sive bonarum artium peritia illustres Paulus Verlaine, Paulus Oréne, Alexander Boutique, Gondeau. Ipse Verlaine immo primus comitibus praeiuit, ac tricliniarcha relatus est. Coena tenui duarum libellarum pro unoquoque conviva pretio venit, escarumque ordo fuit:

Inscium equinum.

Fricti centauri.

Equinae costae iuxta Bearnensium morem.

Equina coxa ad collegii equitum ritum.

Equinum pectus cum auriformi iuscule.

Renes ad currentium in circu ritum praeparati.

Dulcifaria equino adipe commixta.

Optimum sane consilium ac peropportunitum; cum enim tot iam velhes maxima et minuscule ad quamvis formam et ad quemvis usum accommodatae repertae sint, vel vapore, vel electricide actae, nil iam reliquum est quo equina progenie utamur, nisi ad vescendum!

VIATOR.

## VARIA

Quotidianum humani corporis pondus et levitas.

Singulare hoc, at experimentis probatum sexcentis, humanum corpus augeri pondere (etiamsi cibum non sumat?) inter nonam ante meridiem horam, et sextam ante noctis dimidium. Tribus circiter libris pondus crescit, quae nocte pereunt. Pueruli inter Augustum ac Decembrem mensem pondere proficiunt. Experimenta in huiusmodi incumbunt, nam gravior est res quam siqua coram.

P. d. V.

## EPIGRAMMA

De furibus parvis, et de magnis.

(Ex ital. CAROLI RONCALLI).

*Es fur exiguus? ne quid furere, caveto;*

*Per fures magnos nam dabi' supplicium.*

*Sin fur es magnus, furare, age, quam lubet audax;*

*Furari exiguus fur sinet absque metu.*

IOAN. BATTANIUS.

## SOCII MONITUM

NONNUNQUAM ad nos socii scripserunt dolentes hunc vel illum commendarii numerum suo tempore sibi non remissum; quin etiam interdum binos vel ternos quoque simul allatos.

Volumus itaque socios omnes certiores, diligentissime munus nos apud diribitorum exsequi, et a culpa longissime abesse. Profecto qui subnotationem non recto tramite, sed per bibliopolas fecerunt, neque iisdem iniunxerunt, ut nomen eorum patefacerent, ipsi seriis commentarium accipient, cum bibliopolae committenti commentarium inscribere teneamur...

Ceterum quivis *Vocis Urbis* numerus fortuito amissus rursus a nobis petatur, qui rationem habebimus: subnotatio autem et alia omnia semper mittantur ad **Aristidem Leonori equitem**, commentarii *Vox Urbis* possessorem et administratorem, **Romam, via Alessandrina, 87.**

A SECRETIS.

Desclée, Lefebvre & Soc.

ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE

*Nuperrime ediderunt opus, cui titulus:*

TORQUATI TASSI  
HIEROSOLYMA LIBERATA

A  
IOSEPHÒ TORALDO FELICIS FILIO  
OLIM E CONGR. SS. RED.

e versibus italicis in latinos conversa.

In-8, paginis 389 constans, ven. libell. ital. 6.

*Nuperrime prodierunt*

CONSTITUTIONES LEONIS XIII  
SUPER  
IUBILAEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS  
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI

Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

*apud commentarii VOX URBIS Administratorem.*

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

T. G. Fratrum PARISI  
CANDELAARUM AD SACRA OPIFICIUM  
PRAEMIIS INSIGNE

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium  
recognitionibus publice  
habitis maxima re  
lata munera.



Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione solemne sit, suppediat.

Praecipua Templa  
cereis instruit ubique  
terrarum. In Asiam,  
Africam et urbem Con  
stantinopolim mittit  
ingentia rerum huius  
modi pondera, pretio  
francs 190 pro singulis  
100 Chilogramm.

Si vero ab America  
aut ab Australia petantur  
onera (300 Chilo  
gramm. ad minimum),  
pretium erit francs 225  
pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentium  
res in proximiorem a petentibus designatum portum defertur


Gratuito pariter, quaè mittuntur, arca asservantur

*Cuivis querenti explicatio erit uberior.*

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

\* EDIDIT \*



## ❖ Mnemosynon Iubilaei Magni ❖

DIRIBITORIAE CHARTULAE INSTAR

AD FIDEM EXPRESSUM REFERENTIS

Solemne aperitionis Portae Sanctae

a Leone PP. XIII

die XXIV mens. Decembris MDCCCL peractae.

Pretium singulorum centum *ante solvendum* commentarii Vox URBIS administratori - Romae, via Alessandrina, 87 - est Lib. 3.50.

❖ Nullo impendio ad iubentis domicilium chartulae ipsae mittuntur ❖